Triticū aūt cōgregate in hor-
reū meū. Aliā parabolā
proposuit eis dicens. Simile
est regnū celorū grano syna-
pis: quod accipiens homo
seminauit in agro suo: quod
minimū quidē est omnibus se-
minibz. Cū aūt creuerit: ma-
ius est omnibus oleribz: et
fit arbor ita ut uolucres celi
ueniāt et habitent in ramis
eius. Aliā parabolā locu-
tus est eis. Simile est regnū
celorū fermento: quod accep-
tū mulier abscondit in fa-
rine satis tribus. donec fer-
mentatū est totū. Hec oīa
locutus est ihesus in parabolis
ad turbas: et sine parabolis
nō loquebatur eis: ut impleretur
quod dictū est per prophetam
dicentē. Aperiā in parabolis
os meū: eructuabo abscon-
dita a cōstitutione mundi.
Tunc dimissis turbis ue-
nit in domū: et accesserunt
ad eū discipuli eius dicētes. Dissē
nobis parabolā zizaniorum
agri. Qui respondēs ait. Qui
seminat bonū semen: ē fi-
lius hominis. Ager aūt ē mun-
dus. Bonū uero semen: hii
sūt filii regni. Zizania aūt
filii sūt nequā. Inimicus aūt
qui seminauit ea: est dyabo-
lus. Messis uero cōsūmatio
seculi est. Messores aūt an-
geli sūt. Sicut ergo colligū-
tur zizania et igni cōburū-
tur: sic erit in cōsūmatione
seculi. Mittet filius hominis
angelos suos. et colligent
de regno eius omnia scanda-
la. et eos qui faciūt iniqui-
tatē: et mittent eos in cami-
nū ignis: ibi erit fletus et stri-
dor dentiū. Tūc iusti fulgebūt
sicut sol in regno patris eorū.

Qui habet aures audiendi
audiat. Simile est regnū
celorū thesauro abscondito
in agro: quē qui invenit
homo abscondit: et pre
gaudio illi' vad' et vēd' uni
uersa q̄ habet. et emit agr
illū. Iterū simile est regnū
celorū homi negociatori:
querenti bonas margari
tas. Inventa aūt una p̄ci
osa margarita: abiit et
vendidit omīa que habu
it et emit eā. Iterū simile ē
regnū celorū sagene misse
in mare: et ex omī genere
piscīu congregāti. Quā cū
impleta esset educētes et sec'
litus sedentes: elegerūt bonos
in vasa sua. malos autē
foras miserūt. Sic erit in
consūmatione seculi. Exi
bunt angeli et separabūt
malos de medio iustorū:
et mittent eos in caminū
ignis: ibi erit fletus et stri
dor dentiū. Intellexistis hec
omīa? Dicunt ei. Etiā. Ait
illis. Ideo omīs scriba doct'
in regno celorū similis est
homi patrifamilias: qui
pfert de thesauro suo nova
et vetera. Et factū est cū con
sūmasset ih's parabolas
istas: transiit inde. Et ve
niens in patriā suā docebat
eos in synagogis eorū: ita
ut mirarentur et dicerent. Un
de huic sapiētia hec et vir
tutes? Nonne hic est fabri
filius? Nōne mater eius
dicitur maria: et fratres ei'
iacobus et ioseph et symō
et iudas. et sorores eius. nō
ne omēs apud nos sunt?
Unde ergo huic omīa ista?
Et scandalizabantur in eo. Ih
sus aūt dixit eis. Nō est p
pheta sine honore: nisi in
patria sua. et in domo sua.
Et nō fecit ibi virtutes mul
tas: ppt' incredulitatē illorū.

In illo Capitulum xiiij.
tempore audivit
herodes tetrarcha
famā ihu: et ait pueris su
is. Hic est iohānes baptis
ta: ipē surrexit a mortuis.

et ideo virtutes operantur in
eo. Herodes enim tenuit io
hannem: et alligavit eum. et po
suit in carcere. propter herodi
adem uxorem fratris sui. Dice
bat enim illi iohannes. Non li
cet tibi habere eam. Et volens
eum occidere timuit populum: quia
sicut prophetam eum habebant.
Die autem natalis herodis
saltavit filia herodiadis in
medio: et placuit herodi.
Unde cum iuramento pollici
tus est ei dare: quodcumque postu
lasset ab eo. At illa premoni
ta a matre sua: da michi in
quit hic in disco caput io
hannis baptiste. Et contrista
tus est rex. Propter iuramentum
autem et eos qui pariter recum
bebant: iussit dari. Misitque
et decollavit iohannem in car
cere. et allatum est caput eius
in disco. et datum est puelle: et
tulit matri sue. Et accedentes
discipuli eius tulerunt corpus
eius et sepelierunt illud: et ve
nientes nunciaverunt ihesu.
Quod cum audisset ihesus:
secessit inde in navicula in
locum desertum seorsum. Et cum au
dissent turbe: secute sunt eum
pedestres de civitatibus. Et exi
ens vidit turbam multam: et
misertus est eius: et curavit
languidos eorum. Vespere
autem facto: accesserunt ad eum
discipuli eius dicentes. Deser
tus est locus: et hora iam pre
teriit. Dimitte turbas: ut eun
tes in castella emant sibi es
cas. Ihesus autem dixit eis. Non
habent necesse ire: date illis
vos manducare. Responde
runt ei. Non habemus hic
nisi quinque panes. et duos
pisces. Qui ait eis. Afferte
illos michi huc. Et cum iussis
set turbam discumbere supra fe
num: acceptis quinque panibus
et duobus piscibus aspici
ens in celum. benedixit. et fre
git. et dedit discipulis panes:
discipuli autem turbis. Et man
ducaverunt omnes: et saturati
sunt. Et tulerunt reliquias:
duodecim cophinos fragmen
torum plenos. Manducantium

aut̄ fuit numerus. quinq̄
milia virorū: exceptis mu-
lieribus et parvulis. Et
statim iussit discipulos as-
cendere in naviculā: et pre-
cedere eū trans fretū. donec di-
mitteret turbas. Et dimis-
sa turba: ascendit in mō-
tē solus orare. Vespere
aut̄ facto: solus erat ibi.
Navicula aut̄ in medio
mari iactabatur fluctibus.
Erat enī cōtrarius vētus.
Quarta aut̄ vigilia noctis:
venit ad eos ambulans
supra mare. Et videntes eū
supra mare ambulantē:
turbati sūt dicentes quia
fantasma est. Et pre tīore
clamaverūt. Statimq̄ ihesus
locutus est eis dicens. Ha-
bete fiduciā. Ego sū: nolite
timere. Respondens aut̄
petrus dixit. Dñe si tu es:
iube me venire ad te super
aquas. At ipse ait. Veni.
Et descendens petrus de na-
vicula: ābulabat sup a-
quas ut veniret ad ihesum.

Videns aut̄ ventū validū
timuit. Et cū cepisset mer-
gi: clamavit dicens. Dñe
salvū me fac. Et cōtinuo
ihesus extendens manū appre-
hendit eū: et ait illi. Modi-
ce fidei quare dubitasti?
Et cū ascendissent in na-
viculā: cessavit vētus. Qui
aut̄ in navicula erāt: ve-
nerūt et adoraverūt eū dicē-
tes. Vere filius dei es. Et cū
trāsfretassent: venerūt in ter-
rā genesar. Et cū cognovis-
sent eū viri loci illius: mise-
runt in universā regionē
illā. Et obtulerūt ei omēs
male habentes: et rogabāt
eū ut vel fimbriā vestimen-
ti eius tangerent. Et quicū-
q̄ tetigerūt: salvi facti sūt.

Tunc Capitulum xv.

Tunc accesserūt ad eum
ab iherosolimis
scribe et pharisei dicētes. Qua-
re discipuli tui trāsgrediun-
tur traditiones seniorū?
Non enī lavāt manus su-
as: cū panē manducāt. Ipse

autē respondens ait illis. Quare et vos transgredimini mandatū dei propter traditionē vestrā? Nam deus dixit. Honora patrē et matrē: et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autē dicitis. Quicumque dixerit patri vel matri. munus quodcumque ē ex me tibi proderit: et nō honorificauit patrē suū et matrem suā. Et irritū fecistis mandatū dei: propter traditionē vestram. Ypocrite: bene prophetauit de vobis ysaias dicēs. Populus hic labiis me honorat: cor autē eorū longe est a me. Sine causa autē colunt me: docentes doctrinas et mandata hominū. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominē: sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominē. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio quā nō plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt duces cecorū. Cecus autē si ceco ducatū prestet: ambo in foueā cadunt. Respondens autē petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istā. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Nō intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrē vadit. et in secessū emittitur? Que autē procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquinant hominē. De corde autē exeunt cogitationes male: homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominē. Nō lotis autē manibus manducare: nō coinquinat hominem. Et egressus inde ihesus: secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamauit dicens ei. Miserere

mei domine fili dauid: filia me
a male a demonio vexatur.
Qui non respondit ei verbum.
Et accedentes discipuli eius:
rogabant eum dicentes. Di
mitte eam: quia clamat post
nos. Ipse autem respondens
ait. Non sum missus: nisi
ad oues que perierunt domus
israel. At illa venit: et ado
rauit eum dicens. Domine adiu
ua me. Qui respondens ait.
Non est bonum sumere pa
nem filiorum: et mittere cani
bus. At illa dixit. Etiam domine.
Nam et catelli edunt de micis:
que cadunt de mensa dominorum
suorum. Tunc respondens ihesus:
ait illi. O mulier magna
est fides tua: fiat tibi sicut
vis. Et sanata est filia eius
ex illa hora. Et cum transis
set inde ihesus: venit secus ma
re galilee. Et ascendens in
montem: sedebat ibi. Et ac
cesserunt ad eum turbe multe:
habentes secum mutos cecos
claudos debiles. et alios mul
tos. Et proiecerunt eos ad pedes

eius: et curauit eos ita ut
turbe mirarentur videntes mu
tos loquentes. claudos am
bulantes. cecos videntes:
et magnificabant deum israel.
Ihesus autem conuocatis disci
pulis suis: dixit. Misereor
turbe: quia triduo iam perse
uerant mecum: et non habent
quod manducent. Et dimit
tere eos ieiunos nolo: ne
deficiant in via. Et dicunt
ei discipuli. Unde ergo no
bis in deserto panes tantos:
ut saturemus turbam tantam.
Et ait illis ihesus. Quot pa
nes habetis? At illi dixerunt.
Septem: et paucos pisciculos.
Et precepit turbe: ut discum
berent super terram. Et accipiens
septem panes et pisces. et gra
tias agens fregit. et dedit
discipulis suis: et discipu
li dederunt populo. Et comede
runt omnes: et saturati sunt.
Et quod superfuit de fragmen
tis: tulerunt septem sportas
plenas. Erant autem qui man
ducauerunt quatuor millia

hoīm: extra paruulos et
mulieres. Et dimissa turba
ascendit in nauiculā: et
venit in fines magedan.
Et accesse- Capl' xvi.
serunt ad eū phari
sei et saducei tēp
tantes: et rogauerūt eū ut
signū de celo ostenderet eis.
Et ille rñdens: ait eis.
Facto vespere dicitis serenū
erit: rubicūdū est enī celū.
Et mane. hodie tēpestas:
rutilat enī triste celū. Faciē
ergo celi diiudicare nostis:
signa autē tēporū nō po
testis scire. Generatio ma
la et adultera signū qrit:
et signū nō dabitur ei nisi
signū ione. Et relictis illis.
abiit. Et cū venissent disci
puli eius trans fretū: obli
ti sunt panes accipe. Qui
dixit illis. Intuemini: et ca
uete a fermento phariseoꝝ
et saduceorū. At illi cogi
tabant inter se dicentes: q
a panes nō accepimus. Sci
ens autē ihs dixit. Quid co
gitatis inter vos modice
fidei: quia panes nō habe
tis? Nondū intelligitis ne
qꝫ recordamini quīqꝫ panū
et quīqꝫ milia hoīm: et
quot cophinos sūpsistis?
Neqꝫ septē panū et qttuor
milia hoīm: et quot spor
tas sūpsistis? Quare non
intelligitis quia nō de pa
ne dixi vobis: cauete a fer
mento phariseorū et sadu
ceorū? Tūc intellexerūt qa
nō dixerit cauendū a fer
mento panū: sed a doctri
na phariseorū et saduceo
rū. Venit autē ihs in par
tes cesaree philippi: et inter
rogabat discipulos suos
dicens. Quē dicūt homines
esse filiū hoīs? At illi dix
erūt. Alij iohannē baptis
tā: alij autē helyā: alij ve
ro iheremiā. aut vnū ex
phetis. Dicit illis ihs.
Vos autē quē me esse dicitis?
Respondens symō petrus
dixit. Tu es xp̄s filius dei vi
ui. Respōdēs autē ihs: dix

te ei. Beatus es symon bar
iona: quia caro et sanguis
nō revelavit tibi. sed pater
meus qui in celis est. Et ego
dico tibi quia tu es petrus:
et sup hanc petrā edificabo
ecclesiā meā. Et porte inferi
non p̄valebūt adversus eā.
Et tibi dabo claves regni ce
lorū. Et qd̄cūq; ligaveris
sup terrā: erit ligatū in celis.
Et qd̄cūq; solveris sup terrā:
erit solutū in celis. Tunc
p̄cepit discipulis suis: ut
nemī dicerēt quia ip̄e esset
ih̄s xp̄c. Exinde cepit ostende
re ihesus discipulis suis: q̄a
oporteret eū ire ierosolimā
et multa pati a senioribꝫ
et scribis et principibus
sacerdotū et occidi: et tercia
die resurgere. Et assumēs
eū petrus: cepit increpare
illum dicens. Absit a te do
mine: nō erit tibi hoc. Q̄
cōversus dixit petro. Vade
post me sathanas. Scan
dalū es michi: quia nō sa
pis ea qui dei sūt. sed ea q̄
hominū. Tunc ih̄s dixit
discipulis suis. Si quis vult
post me venire abneget
semetipsū: et tollat crucem
suā et sequatur me. Qui
enī voluerit animā suam
salvā facere: p̄det eā. Qui
autē p̄diderit animā suā p̄
ter me: inveniet eā. Quid
enī p̄dest homī si mundū
universū lucret̄: aīme vero
sue detrimentū paciatur?
Aut quā dabit homo com
mutacionē pro aīma sua?
Filius enī homīs ventu
rus est in gloria patris su
i cū angelis suis: et tūc red
det unicuiq; scd̄m opa eius.
Amen dico vobis: sūt q̄
dā de hic stantibꝫ qui non
gustabūt mortē: donec vi
deant filiū homīs venien
tem in regno suo. Caplm
Et post dies xvij.
sex assumit ih̄us
petrū et iacobū
et iohannē fratrē eius: et
ducit illos in montē excelsū
seorsū: et transfiguratus est

ante eos. Et resplenduit fa-
cies eius sicut sol: vestimenta
autem eius facta sunt alba sic-
ut nix. Et ecce apparuit illis
moyses et helyas cum eo lo-
quentes. Respondens autem pe-
trus: dixit ad ihesum. Domine:
bonum est nos hic esse. Si vis
faciamus hic tria taberna-
cula: tibi unum et moysi u-
num et helye unum. Adhuc eo
loquente: ecce nubes lucida
obumbravit eos. Et ecce vox
de nube dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo mihi
bene conplacui: ipsum audi-
te. Et audientes discipuli
ceciderunt in faciem suam: et ti-
muerunt valde. Et accessit
ihesus et tetigit eos: dixitque
eis. Surgite: nolite timere.
Levantes autem oculos suos:
neminem viderunt nisi solum ihesum.
Et descendentibus illis de monte: pre-
cepit ihesus dicens. Nemini dixeritis vi-
sionem: donec filius hominis a mortuis
resurgat. Et interrogaverunt eum dis-
cipuli eius dicentes. Quid er-
go scribe dicunt quod helyam

oportet primum venire? At
ille respondens: ait eis. Hely-
as quidem venturus est: et res-
tituet omnia. Dico autem vo-
bis: quia helyas iam venit.
et non cognoverunt eum: sed fe-
cerunt in eo quecumque volue-
runt. Sic et filius hominis
passurus est ab eis. Tunc in-
tellexerunt discipuli: quia
de iohanne baptista dixis-
set eis. Et cum venisset ad
turbam: accessit ad eum homo
genibus provolutus ante
eum dicens. Domine miserere fili-
o meo: quia lunaticus est.
et male patitur. Nam sepe
cadit in ignem: et crebro in
aquam. Et obtuli eum discipu-
lis tuis: et non potuerunt
curare eum. Respondens ihesus
ait. O generatio incredula
et perversa: quousque ero vo-
biscum? Usquequo patiar vos?
Afferte huc illum ad me. Et
increpavit eum ihesus: et exiit
ab eo demonium. Et curatus
est puer ex illa hora. Tunc
accesserunt discipuli ad ihesum

secreto: et dixerunt. Quare
nos nō potuim⁹ eicere illū?
Dixit illis. Propter increduli
tatē vestram. Amen quippe
dico vobis: si habueritis
fidem sicut granū synapis.
dicetis monti huic transi hinc
et transibit: et nichil īpossi
bile erit vobis. Hoc autē
genus nō eicitur: nisi per
orationē et ieiuniū. Con
versantibus autē eis in ga
lilea: dixit illis ihs. Filius
hominis tradendus est ī ma
nus hoīm et occident eū: et
tercia die resurget. Et con
tristati sunt vehementer. Et
cū venissent capharnaū
accesserunt qui didragma
accipiebant ad petrū. et dix
erunt ei. Magister vester nō
soluit didragma. Ait. Etiā.
Et cū intrasset in domū: pre
venit eū ihs dicens. Quid
tibi videtur symon? Reges
terre a quib; accipiunt tri
butū vel censū? a filiis su
is an ab alienis? Et ille
dixit. Ab alienis. Dixit illi
ihs. Ergo liberi sunt filii.
Ut autē non scandalizem⁹
eos: vade ad mare et mit
te hamū: et eū piscē qui p⁹
mus ascenderit tolle. Et ap
to ore eius invenies staterē:
illū sumens da eis pro me
et pro te. Capitulū xviii.

In illa hora accesse
runt discipuli ad ihe
sū dicentes. Quis
putas maior est in regno
celorū? Et advocans ihs
parvulū: statuit eū in me
dio eorū. et dixit. Amen di
co vobis: nisi cōversi fueri
tis et efficiamini sicut parvu
li: nō intrabitis in regnū
celorū. Quicūq; ergo humilia
verit se sicut parvulus iste:
hic maior est in regno celorū.
Et qui susceperit unū par
vulū talē in nomine meo:
me suscipit. Qui autē scā
dalizaverit unū de pusillis is
tis q̄ ī me credunt: expedit
ei ut suspendatur mola azi
naria in collo eius. et demer
gatur in profundū maris.

Ve mundo ab scandalis.
Necesse est enim: ut veniant
scandala. Verumptamen ve
homini illi: per quem scandalum
venit. Si autem manus tu
a vel pes tuus scandalizat
te: abscide eum et proice abs te.
Bonum tibi est ad vitam ingre
di debilem vel claudum: quam du
as manus vel duos pedes
habentem mitti in ignem eter
num. Et si oculus tuus scan
dalizat te: erue eum et proice
abs te. Bonum tibi est cum v
no oculo in vitam intrare:
quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis.
Videte ne contempnatis v
num ex hiis pusillis. Dico e
nim vobis: quia angeli
eorum in celis semper vident
faciem patris mei qui in celis
est. Venit enim filius hominis
saluare quod perierat. Quid
vobis videtur? Si fuerint
alicui centum oves et errave
rit una ex eis: nonne relin
quet nonagintanovem in
montibus. et vadit querere
eam que erravit? Et si contige
rit ut inveniat eam: amen
dico vobis quia gaudet su
per eam magis quam super nonagi
tanovem que non erraverunt.
Sic non est voluntas ante pa
trem vestrum qui in celis est: ut
pereat unus de pusillis istis.
Si autem peccaverit in te fra
ter tuus: vade et corripe eum
inter te et ipsum solum. Si te
audierit: lucratus eris fra
trem tuum. Si autem non te au
dierit: adhibe tecum unum vel
duos: ut in ore duorum testium
vel trium stet omne verbum. Quod
si non audierit eos: dic eccle
sie. Si autem ecclesiam non audi
erit: sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Amen di
co vobis: quecumque alligaveri
tis super terram erunt ligata et
in celo. Et quecumque solveritis
super terram: erunt soluta et in
celo. Iterum dico vobis: qui
a si duo ex vobis consense
rint super terram: de omni re quam
cumque petierint. fiet illis a pa
tre meo qui in celis est. Ubi

cum sunt duo vel tres con
gregati in nomine meo: ibi
sum in medio eorum. Tunc
accedens petrus ad eum dixit.
Domine quociens peccabit in
me frater meus? et dimit
tam ei usque septies? Dicit
illi ihesus. Non dico tibi usque
septies: sed usque septuagies
septies. Ideo assimilatum
est regnum celorum homini re
gi: qui voluit rationem po
nere cum servis suis. Et cum
cepisset rationem ponere: ob
latus est ei unus qui debe
bat decem milia talenta. Cum
autem non haberet unde redde
ret: iussit eum dominus venundari
et uxorem eius et filios. et om
nia que habebat. et reddi.
Procidens autem servus ille: o
rabat eum dicens. Patientiam
habe in me: et omnia reddam
tibi. Misertus autem dominus ser
ui illius dimisit eum: et debi
tum dimisit ei. Egressus autem
servus ille: invenit unum
de conservis suis. qui debebat
ei centum denarios. Et tenens
suffocabat eum dicens. Red
de quod debes. Et procidens
conservus eius: rogabat
eum dicens. Patientiam habe
in me: et omnia reddam tibi.
Ille autem noluit: sed abiit
et misit eum in carcerem donec
redderet debitum. Videntes
autem conservi eius que fie
bant: contristati sunt valde.
Et venerunt: et narraverunt
domino suo omnia que facta
fuerant. Tunc vocavit illum
dominus suus: et ait illi. Ser
ve nequam: omne debitum dimi
si tibi quoniam rogasti me. Non
ne ergo oportuit et te mi
sereri conservi tui: sicut et
ego tui misertus sum? Et ira
tus dominus eius: tradidit eum
tortoribus. quoadusque red
deret universum debitum.
Sic et pater meus celestis
faciet vobis: si non remiseri
tis unusquisque fratri suo
de cordibus vestris. Capitulum xix.

Et factum est cum con
summasset ihesus ser
mones istos: mi

grauit a galilea. et uenit
in fines iudee. trans iorda
nen. Et secute sunt eum turbe
multe: et curauit eos ibi. Et
accesserunt ad eum pharisei:
temptantes eum et dicentes. Si
licet homini dimittere uxorem
suam quacumque ex causa? Qui
respondens. ait illis. Non le
gistis quia qui fecit ab initi
o. masculum et feminam fecit
eos? Et dixit. Propter hoc di
mittet homo patrem et matrem
et adherebit uxori sue: et e
runt duo in carne una. Itaque
iam non sunt duo: sed una ca
ro. Quod ergo deus coniunxit:
homo non separet. Dicunt
illi. Quid ergo moyses man
dauit dari libellum repudii et
dimittere? Et ait illis. Quo
niam moyses ad duriciam cor
dis vestri permisit vobis dimit
tere uxores vestras. Ab initio
autem non fuit sic. Dico autem
vobis: quia quicumque dimiserit ux
orem suam nisi ob fornicatio
nem. et aliam duxerit. me
chatur. Et qui dimissam
duxerit mechatur. Dicunt
ei discipuli eius. Si ita est
causa hominis cum uxore: non
expedit nubere. Qui dixit.
Non omnes capiunt verbum
istud: sed quibus datum est.
Sunt enim eunuchi: qui de
matris utero sic nati sunt.
Et sunt eunuchi: qui facti
sunt ab hominibus. Et sunt eu
nuchi: qui seipsos eunuchi
zauerunt propter regnum celorum.
Qui potest capere capiat.
Tunc oblati sunt ei paruu
li: ut manus eis imponeret
et oraret. Discipuli autem in
crepabant eos. Ihesus
vero ait eis. Sinite
paruulos: et nolite
eos prohibere ad me
venire. Talium est enim
regnum celorum. Et cum
imposuisset eis manus: abi
it inde. Et ecce unus acce
dens: ait illi. Magister bo
ne: quid boni faciam ut ha
beam uitam eternam? Qui dix
it ei. Quid me interrogas
de bono? Unus est bo

nus deus. Si autem vis ad vi
tam ingredi: serva manda
ta. Dicit illi. Que? Ihesus autem
dixit. Non homicidium fa
cies. non adulterabis. non fa
cies furtum: non falsum testimo
nium dices. Honora patrem
tuum et ma trem: et diliges
proximum tuum sicut teipsum. Di
cit illi adolescens. Omnia
hec custodivi. Quid ad
huc michi deest? Ait illi
Ihesus. Si vis perfectus esse: va
de vende que habes et da
pauperibus: et habebis the
saurum in celo: et veni sequere
me. Cum audisset
autem adolescens verbum:
abiit tristis. Erat enim
habens multas pos
sessiones. Ihesus autem
dixit discipulis suis. Amen
dico vobis: quia dives dif
ficile intrabit in regnum ce
lorum. Et iterum dico vobis.
Facilius est camelum per fo
ramen acus transire: quam di
vitem intrare in regnum celorum.
Auditis autem hiis discipuli:
mirabantur valde dicentes.
Quis ergo poterit salvus
esse? Aspiciens autem Ihesus: dix
it eis. Apud homines hoc
impossibile est: apud deum autem
omnia possibilia sunt. Tunc
respondens petrus: dixit
ei. Ecce nos reliquimus om
nia: et secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis? Ihesus autem
dixit illis. Amen dico vo
bis: quod vos qui secuti estis
me. in regeneratione cum se
derit filius hominis in sede maiesta
tis sue. Sedebitis et vos
super sedes duodecim iudican
tes duodecim tribus israel.
Et omnis qui reliquerit do
mum vel fratres aut sorores.
aut patrem aut matrem. aut
uxorem aut filios. aut agros
propter nomen meum: centu
plum accipiet. et vitam eternam
possidebit. Multi autem erunt
primi novissimi: et novis
simi primi. Capitulum xx

Simile est regnum
celorum homini pa
trifamilias: qui

exiit primo mane conducere
operarios in vineam suam. Con-
ventione autem facta cum ope-
rariis ex denario diurno: mi-
sit eos in vineam suam. Et egres-
sus circa horam terciam. vidit
alios stantes in foro ocio-
sos: et illis dixit. Ite et vos
in vineam meam: et quod ius-
tum fuerit dabo vobis. Illi
autem abierunt. Iterum autem exi-
it circa sextam et nonam horam:
et fecit similiter. Circa unde-
cimam vero exiit: et invenit ali-
os stantes. et dicit illis. Quid
hic statis tota die ociosi?
Dicunt ei. Quia nemo nos
conduxit. Dicit illis. Ite et
vos in vineam meam. Cum sero
autem factum esset: dicit dominus vi-
nee procuratori suo. Voca o-
perarios: et redde illis mercedem in-
cipiens a novissimis usque
ad primos. Cum venissent ergo
qui circa undecimam horam
venerant: acceperunt singu-
los denarios. Venientes autem
et primi: arbitrati sunt quod
plus essent accepturi. Acce-
perunt autem et ipsi singulos
denarios. Et accipientes: mur-
murabant adversus patrem-
familias dicentes. Hii no-
vissimi una hora fecerunt:
et pares illos nobis fecisti. qui
portavimus pondus diei et
estus? At ille respondens uni
eorum dixit. Amice non facio
tibi iniuriam. Nonne ex dena-
rio convenisti mecum? Tolle quod
tuum est: et vade. Volo autem
et huic novissimo dare: sic-
ut et tibi. Aut non licet mihi
quod volo facere? An ocu-
lus tuus nequam est. quia ego
bonus sum? Sic erunt no-
vissimi primi: et primi no-
vissimi. Multi enim sunt vo-
cati: pauci vero electi. Et
ascendens ihesus iherosolimam:
assumpsit duodecim discipu-
los suos secreto. et ait illis.
Ecce ascendimus iherosoli-
mam: et filius hominis trade-
tur principibus sacerdotum et
scribis: et condempnabunt
eum morte. Et tradent eum genti-
bus ad deludendum et flagel-

claudū et crucifigendū: et tercia die resurget. Tunc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut sedeant hii duo filii mei: unus ad dexterā tuā et unus ad sinistrā in regno tuo. Respondens autē ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sū? Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā et sinistrā non est meū dare vobis: sed quibus paratū est a patre meo. Et audientes decē: indignati sūt de duobus fratribus. Ihesus autē vocavit eos ad se: et ait. Scitis quia principes gentiū dñantur eorū: et qui maiores sūt potestatē exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicūque voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare: et dare animā suā redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab iericho: secuta est eū turba multa. Et ecce duo ceci sedentes secus viā. audierunt quia ihesus transiret: et clamaverunt dicentes. Dñe miserere nri fili david. Turba autē increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Dñe miserere nri fili david. Et stetit ihesus: et vocavit eos et ait. Quid vultis ut faciā vobis? Dicūt illi. Dñe ut aperiantur oculi nri. Misertus autē eorū ihesus: tetigit oculos eorū. Et confestim viderunt: et secuti sunt eum. Caplm xxi.

Et cū appropinquassent iherosolimis et venissent bethphage ad montē oliveti: tunc ihesus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellū

quod contra vos est: et sta
tim inuenietis asinā alliga
tam et pullū cū ea. Solui
te: et adducite michi. Et si
quis vobis aliquid dixerit:
dicite quia dn̄s hys opus
habet. et confestī dimittet
eos. Hoc aūt totū factū
est: ut adimpleret quod
dictū est per pphetam dicē
tem. Dicite filie syon. Ecce
rex tuus venit tibi mā sue
tus: et sedens sup asinā et
pullū filiū subiugalis.
Euntes aūt discipuli: fe
cerūt sicut pcepit illis ihs.
Et adduxerūt asinā et pul
lū: et iposuerūt sup eos
vestimenta sua: et eū desu
per sedere fecerūt. Plurima
aūt turba strauerūt vesti
menta sua in via. Alij aūt
cedebant ramos de arbori
bus: et sternebant in via.
Turbe aūt que pcedebāt
et que seqbant' clamabāt
dicētes. Osanna filio da
uid. Benedictus qui venit
in nomie dnī: osanna in
altissimis. Et cū
intrasset ihero solimā:
cōmota est vniuersa ciui
tas dicens. Quis est hic?
Populi aūt dicebant. Hic
est ihs pphēta: a nazareth
galilee. Et intrauit ihs
in templū dei: et eiciebat
omēs vendentes et ementes
in templo: et mensas nū
mulariorū et cathedras vē
dentiū colūbas euertit. Et
dicit eis. Scriptū est. Dom'
mea domus orationis vo
cabitur. Vos aūt fecistis il
lā speluncā latronū. Et
accesserūt ad eū ceci et clau
di in tēplo: et sanauit eos.
Videntes aūt principes sac
dotū et scribe mirabilia q
fecit. et pueros clamantes
in templo et dicentes osan
na filio dauid: indignati
sūt et dixerūt ei. Audis qd
isti dicūt? Ihs aūt dicit e
is. Vtiqz. Nūqz legistis qa
ex ore infantiū et lactentiū
pfecisti laudē? Et relictis
illis. abijt foras extra ciuita

tem in O bethaniā: ibi
qȝ mā sit. Mane aūt
reuertens in ciuitatē: esuriit.
Et uidens fici arborē unā
secus uiā. uenit ad eā: et nich
il inuenit in ea nisi folia tā
tū. Et ait illi. Nūqȝ ex te fruc
tus nascatur in sempiternū.
Et arefacta est cōtinuo ficul
nea. Et uidentes discipuli:
mirati sūt dicentes. Quō cō
tinuo aruit? Respondens
aūt ihūs: ait eis. Amē dico
uobis: si habueritis fidē et
nō hesitaueritis. nō solū de
ficulnea facietis: sed et si mō
ti huic dixeritis tolle te et
iacta te in mare. fiet. Et
omīa queciqȝ petieritis in
orōne credentes: accipietis.
Et cū uenisset in tēplū:
accesserūt ad eū docentē prin
cipes sacerdotū et seniores po
puli dicentes. In qua potest
tate hec facis? et quis dedit
tibi hanc potestatē? Respō
dens ihs: dixit eis. Intꝛoga
bo uos et ego unū sermonē.
Quē si dixeritis michi: et e
go uobis dicā in qua po
testate hec facio. Baptismū
iohānis unde erat? E celo
an ex hominibȝ? At illi cogi
tabant inter se dicentes. Si
dixerimus e celo: dicet no
bis. Quare ergo nō credidis
tis illi? Si aūt dixerimus
ex hominibȝ: timemus turbā.
Omēs enī habebāt iohan
nem sicut pphetā. Et respō
dentes ihu: dixerūt. Nescimus.
Ait illis et ipse. Nec ego di
co uobis: in qua potesta
te hec facio. Quid autē
uobis uidetur? Homo qui
dam habebat duos filios:
et accedens ad primū dixit
fili uade hodie opare in ui
neā meā. Ille autē respondēs
ait. Nolo. Postea aūt peni
tencia motus abiit. Accedēs
aūt ad alterū: dixit simili
ter. At ille respondēs ait. Eo
dñe. Et nō iuit. Quis ex du
obus fecit uoluntatē pris?
Dicūt ei. Primus. Dicit illis
ihūs. Amē dico uobis: quia
publicani et meretrices pre

cedunt vos in regno dei. Veni
at ad vos iohannes in via iust
icie: et non credidistis ei. Pub
licani autem et meretrices credi
derunt ei. Vos autem videntes:
nec penitenciam habuistis
postea. ut crederetis ei. Aliam
parabolam audite. Homo
erat paterfamilias qui plan
tavit vineam: et sepem circumde
dit ei. et fodit in ea torcular.
et edificavit turrim et locavit
eam agricolis: et peregre pro
fectus est. Cum autem tempus
fructuum appropinquasset:
misit servos suos ad agri
colas ut acciperent fructus
eius. Et agricole apprehensis
servis eius. alium ceciderunt:
alium occiderunt: alium vero la
pidaverunt. Iterum misit alios
servos plures prioribus: et fe
cerunt illis similiter. Novissi
me autem: misit ad eos filium
suum dicens. Verebuntur filium
meum. Agricole autem videntes
filium: dixerunt intra se. Hic
est heres: venite occidamus eum:
et habebimus hereditatem eius.

Et apprehensum eum. eiecerunt ex
tra vineam et occiderunt. Cum
ergo venerit dominus vinee: quid
faciet agricolis illis? Aiunt
illi. Malos male perdet: et
vineam suam locabit aliis a
gricolis. qui reddant ei fruc
tum temporibus suis. Dicit illis
ihesus. Numquam legistis in scrip
turis. lapidem quem reproba
verunt edificantes. hic factus
est in caput anguli: a domino
factum est istud. et est mira
bile in oculis nostris? Ideo di
co vobis: quia auferetur a
vobis regnum dei: et dabitur
genti facienti fructus eius.
Et qui ceciderit super lapidem
istum: confringetur. Super quem
vero ceciderit: conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdo
tum et pharisei parabolas
eius: cognoverunt quod de ipsis
diceret. Et querentes eum tenere
timuerunt turbas: quoniam sicut
prophetam eum habebant. Capitulum

Et respondens xxii.
ihesus: dixit iterum
in parabolis eis

dicens. Simile factū est reg
nū celorū homī regi: qui fe
cit nuptias filio suo. Et mi
sit servos suos vocare īvita
tos ad nuptias: et nolebāt
venire. Iterū misit alios ser
vos dicens. Dicite īvitatis.
Ecce prandiū meū paravi:
tauri mei et altilia occisa
et omnia parata: venite ad
nuptias. Illi aūt neglexerūt.
Et abierūt alius in villā
suā: alius vero ad negocia
tionē suā. Reliqui vero tenu
erūt servos eius: et cōtumeli
is affectos occiderūt. Rex aūt
cū audisset: iratus est. Et
missis exercitibꝫ suis ꝑdidit
homicidas illos: et civitatē
illorū succendit. Tunc ait
servis suis. Nuptie quidem
parate sūt: sed qui īvitati
erant. nō fuerūt digni. Ite
ergo ad exitus viarū: et q̊s
cūqꝫ īveneritis vocate ad
nuptias. Et egressi servi eius
in vias cōgregaverūt omēs
quos īvenerūt bonos et ma
los: et implete sūt nuptie

discumbentiū. Intravit aūt
rex ut videret discumbentes: et
vidit ibi hominē nō vesti
tū veste nuptiali: et ait illi.
Amice: quomō huc intrasti
nō habens vestē nuptialem?
At ille obmutuit. Tūc dixit
rex ministris. Ligatis pedibus
eius et manibꝫ mittite eū in
tenebras exteriores: ibi erit
fletus et stridor dentiū. Multi
aūt sūt vocati: pauci vero
electi. Tunc abeuntes pha
risei: consiliū inierūt. ut ca
perent eū in sermone. Et
mittūt ei discipulos suos
cū herodianis dicentes. Ma
gister scimus quia verax es.
et viā dei in veritate doces: et
nō est tibi cura de aliquo. Nō
enī respicis ꝑsonā hoīm.
Dic ergo nobis quid tibi vide
tᷣ. Licet censū dari cesari an nō?
Cognita aūt ihesus nequicia
eorū. ait. Quid me tempta
tis ypocrite? Ostendite michi
numisma census. At illi obtu
lerūt ei denariū. Et ait illis
ihesus. Cuius est ymago hec

et supscriptio? Dicunt ei. Cesa
ris. Tunc ait illis. Reddite er
go que sunt cesaris cesari: et q
sunt dei deo. Et audientes mi
rati sunt: et relicto eo abierunt.
In illo die accesserunt ad eum
saducei: qui dicunt nõ esse
resurrectionẽ. Et interroga
uerunt eum dicentes. Magister
moyses dixit: si quis mortu
us fuerit nõ habens filium.
ut frater eius ducat uxorẽ
illius. et suscitet semen fra
tri suo. Erant autem apud
nos septẽ fr̃s. Et primus
uxore ducta defunctus est: et
nõ habens semen. reliquit
uxorẽ suã fratri suo. Simi
liter secundus et tercius: us
qꝫ ad septimũ. Nouissime
autem om̃i: et mulier defuncta
est. In resurrectione ergo cu
ius erit de septẽ uxor? Oẽs
enim habuerunt eam. Respõ
dens autem ihesus: ait illis. Er
ratis: nescientes scripturas
neqꝫ uirtutẽ dei. In resur
rectione enim neqꝫ nubent
neqꝫ nubentur: sed sunt sicut
angeli dei in celo. De resur
rectione autem mortuorũ nõ
legistis qđ dictũ est a deo di
cente uobis: ego sũ deus a
braham. et deus ysaac. et deus
iacob? Non est deus mortu
orũ: sed uiuentium. Et audi
entes turbe mirabantur in
doctrina eius. Pharisei
autem audientes qđ silentiũ
iposuisset saduceis. conuene
runt in unũ: et interrogauit
eũ unus ex eis legis doctor.
temptans eũ. Magister qđ
est mandatũ magnũ in le
ge? Ait illi ihesus. Diliges
dñm deũ tuũ ex toto corde
tuo: et in tota anima tua:
et in tota mente tua. Hoc
est maximũ et primũ mã
datũ. Secundũ autem simile
est huic. Diliges proximũ tu
um: sicut teipsum. In hiis duobꝫ
mandatis: uniuersa lex pẽ
det et prophete. Congregatis autem
phariseis: interrogauit eos
ihesus dicens. Quid uobis
uidetur de xpo. cuius filius
est? Dicunt ei. Dauid. Ait

illis. Quomodo ergo dauid
in spiritu vocat eū dn̄m di
cens: dixit dn̄s dn̄o meo.
sede a dextris meis. donec po
nā inimicos tuos scabellū
pedū tuor̄. Si ergo dauid
vocat eū dn̄m: quomodo
filius eius est? Et nemo po
terat respondere ei verbū: ne
q; ausus fuit quisq̄ ex illa
die eū ap̄lius interrogare

Tunc Caplm xxiii.
ihs locutus est ad
turbas. et ad dis
cipulos suos dicens. Super
cathedrā moysi sederūt scribe
et pharisei. Oīa ergo q̄cūq;
dixerīt vob: suate et facite.
Scd̄m vō opa eor̄: nolite fa
cere. Dicūt enī: et nō faciūt. Al
ligāt enī onera g̃uia et iporta
bilia: et iponūt ī humeros hoīm:
digito aūt suo nolūt ea moue
Omnia vero opera sua fa
ciūt: ut videant ab hoībz.
Dilatant enī phylacteria su
a: et magnificant fimbri
as. Amant aūt primos re
cubitus in cenis. et primas
cathedras in synagogis. et
salutationes in foro: et vo
cari ab hoībz rabbi. Vos
aūt nolite vocari rabbi.
Vnus est enī magister vester:
oēs aūt vos fratres estis.
Et patrē nolite vocare vobi
sup terrā. Vnus est pater vr̄
qui in celis est. Nec vocamini
magistri: quia magister
vester vnus est xp̄c. Qui
maior est vr̄m: erit minister
vester. Qui aūt se exaltauerit
humiliabit: et qui se hu
miliauerit exaltabitur. Ve
aūt vobis scribe et pharisei
ypocrite: qui clauditis reg
nū celorū ante homines.
Vos enī non intratis: nec i
introeūtes sinitis intrare.
Ve vobis scribe et phari
sei ypocrite: qui circuitis
mare et aridā ut faciatis v
nū proselitū. Et cū fuerit fac
tus: facitis eū filiū gehēne
duplo q̄ vos. Ve vobis
duces ceci: qui dicitis qui
cūq; iurauerit per templū
nichil est: qui aūt iurauerit

est in auro templi. debet.
Stulti et ceci: quid enim ma
ius est aurum an templum
quod sanctificat aurum? Et qui
cumque iuraverit in altari nich
il est: qui autem iuraverit in
dono quod est super illud. de
bet. Ceci: quid enim maius
est. donum. an altare quod
sanctificat donum? Qui ergo iu
rat in altari: iurat in eo.
et in omnibus que super illud
sunt. Et qui iuraverit in tem
plo: iurat in templo. et in eo
qui habitat in ipso. Et qui
iurat in celo: iurat in thro
no dei. et in eo qui sedet super
eum. Ve vobis scribe et pha
risei ypocrite: qui decimatis
mentam et anetum et ciminum:
et reliquistis que graviora
sunt legis. iudicium et miseri
cordiam et fidem. Hec oportuit
facere: et illa non omittere.
Duces ceci: excolantes cu
licem. camelum autem glucientes.
Ve vobis scribe et phari
sei ypocrite: qui mundatis
quod deforis est calicis et
parapsidis: intus autem ple
ni estis rapina et immundi
cia. Pharisee cece munda pri
us quod intus est calicis et
parapsidis: ut fiat et id quod
deforis est mundum. Ve vo
bis scribe et pharisei ypocri
te: qui similes estis sepul
chris dealbatis. que aforis
parent hominibus speciosa: in
tus vero plena sunt ossibus
mortuorum. et omni spurcicia.
Sic et vos aforis quidem pa
retis hominibus iusti: intus autem
pleni estis ypocrisi et iniqui
tate. Ve vobis scribe et
pharisei ypocrite: qui edi
ficatis sepulchra prophetarum.
et ornatis monumenta ius
torum: et dicitis. Si fuissemus
in diebus patrum nostrorum:
non essemus socii eorum in san
guine prophetarum. Itaque testi
monio estis vobismetipsis:
quia filii estis eorum qui pro
phetas occiderunt. Et vos
implete mensuram patrum ves
trorum. Serpentes genimina
viperarum: quomodo fugietis

a iudicio gehēne? Ideo ec
ce ego mitto ad vos pphetas
et sapientes et scribas? et ex
illis occidetis et crucifigetis.
et ex eis flagellabitis in sy
nagogis vris. et psequemini
de civitate in civitatē: ut ve
niat sup vos omīs sāguis
iustus qui effusus est sup
terrā a sanguine abel iusti
usqȝ ad sanguinē zacharie
filij barachie. quē occidistis
inter templū et altare. Amē
dico vobis: venient hec o
mia sup generationē istā.
Ihrl̃m ihrl̃m que occidis p
phetas et lapidas eos qui
ad te missi sūt: quociēs vo
lui cōgregare filios tuos q̃
admodū gallina congre
gat pullos suos sub alas.
et noluisti. Ecce relinquet vo
bis domus vrā deserta. Di
co enī vobis: nō me videbi
tis amodo donec dicatis. Be
nedc̄us qui venit in nomie
dnī. Capl' xxiiij.
Et egressus ihs de
templo. ibat. Et
accesserunt discipuli eius: ut
ostenderet ei edificationes te
pli. Ipse aut respondens dixit
eis. Videtis hec omnia? Amē
dico vobis: nō relinquetur
hic lapis sup lapidē. qui
nō destruatur. Sedente aū
eo sup montē oliveti: ac
cesserūt ad eū discipuli se
creto dicentes. Dic nobis
quādo hec erūt: et quod sig
nū adventus tui et cōsum
mationis seculi. Et respon
dens ihs: dixit eis. Videte ne
q̄s vos seducat. Multi aū ve
nient i noie meo dicētes ego sū
xpc: et multos seducent. Au
dituri enī estis plia. et opi
niones pliorū. Videte ne
turbemini. Oportet enī hec
fieri: sed nondū est finis.
Consurget enī gens in gē
tem et regnū in regnū: et
erūt pestilencie et fames
et terremotus per loca. Hec
aut omnia. inicia sūt dolo
rū. Tunc tradent vos i
tribulationē et occidēt vos:
et eritis odio omnibȝ gētibȝ

xpi nomē meū. Et tūc scā
dalizabūt multi: et īuicē tra
dēt. et odio hēbūt īuicē. Et mul
ti pseudo pphete surgent: et
seducēt multos. Et qm̄ ha
būdabit iniquitas: refriges
cet caritas multorū. Qui
aūt pseueraverit usqz in fi
nem: hic saluus erit. Et
pdicabit hoc euāgeliū reg
ni in uniuerso orbe in testi
moniū omībz gentibz: et
tūc veniet consūmatio.
Cum ergo videritis abho
minationē desolationis que
dicta est a danihele pphera
stantē in loco sancto: qui
legit intelligat. Tunc q
in iudea sūt fugiant ad
montes: et qui in tecto nō
descendat tollere aliquid de
domo sua: et qui in agro
nō reuertat tollere tunicā
suā. Ve autē pregnanti
bus et nutrientibz in illis
diebz. Orate aūt: ut nō
fiat fuga vestra hyeme vel
sabbato. Erit enī tunc
tribulatio magna: qualis
non fuit ab initio mundi
usqz modo. neqz fiet. Et ni
si breuiati fuissent dies illi:
nō fieret salua omīs caro.
Sed pter electos breuiabū
tur dies illi. Tunc si quis
vobis dixerit. ecce hic ē xpc
aut illic: nolite crede. Sur
gent enī pseudo xpi et pseu
do pphete: et dabūt signa
magna et pdigia: ita ut
in errorē ducātur si fieri po
test etiā electi. Ecce pdixi vo
bis. Si ergo dixerint vo
bis. ecce in deserto est. noli
te exire: ecce in penetrabili
bus nolite crede. Sicut enī
fulgur exit ab oriente. et pa
ret usqz in occidentē: ita erit
aduētus filij hominis. Ubi
cūqz fuerit corpus: illuc cō
gregabūtur aquile. Sta
tim aūt post tribulationē
dierū illorū sol obscura
bitur: et luna non dabit
lumen suū. et stelle cadent
de celo: et virtutes celorū cō
mouebūtur. Et tūc parebit
signū filij hoīs ī celo. Et

tūc plangēt omēs tribus
terre: et videbūt filiū hoīs
venientē in nubibꝫ celi cū
virtute multa et maiesta
te. Et mittet angelos suos
cū tuba et voce magna: et
cōgregabūt electos eius a
quatuor ventis: a sūmis
celorū usqꝫ ad terminos eo
rū. Ab arbore autē fici disci
te parabolā. Cū iam ra
mus eius tener fuerit et fo
lia nata: scitis quia ꝓpe ē
estas. Ita et vos cū videri
tis hec omīa: scitote quia
prope est in ianuis. Amen
dico vobis: quia nō preter
ibit hec generatio donec hec
omīa fiant. Celū et terra
trāsibunt: verba vero mea
non ꝑteribūt. De die aūt
illa et hora nemo scit neqꝫ
angeli celorū: nisi pater
solus. Sicut autē in die
bus noe: ita erit et aduē
tus filij hominis. Sicut
eni erant in diebꝫ ante di
luuiū comedentes et biben
tes. nubentes et nuptui tra
dentes usqꝫ ad eū diē quo
introiuit in archam noe:
et nō cognouerūt donec
venit diluuiū et tulit om
nes. Ita erit aduentus filij
hominis. Tunc duo erūt
in agro: vnus assumetur.
et vnus relinquetur. Due mo
lentes in mola: vna assu
metur. et vna relinquetur.
Duo in lecto: vnus assumē
tur. et vnus relinquetur.
Vigilate ergo: quia ne
scitis qua hora dn̄s vester
venturus sit. Illud autē
scitote: qm̄ si sciret pater
familias qua hora fur vē
turus esset: vigilaret vtiqꝫ.
et nō sineret ꝑfodi domū
suā. Ideo et vos estote pati:
quia nescitis qua hora fi
lius hominis venturus est.
Quis putas est fidelis ser
uus et prudens: quē con
stituit dn̄s suus sup fami
liā suā. ut det illis cibū in
tēpore. Beatus ille seruus.
quē cū venerit dn̄s eius i
uenerit sic facientē. Amē

dico vobis: quoniam super omnia
bona sua constituet eum. Si
autem dixerit malus servus
ille in corde suo. moram fa
cit dominus meus venire. et ce
perit percutere conservos su
os. manducet autem et bi
bat cum ebriosis: veniet dominus
servi illius in die qua non
sperat et hora qua igno
rat: et dividet eum. partemque
eius ponet cum ypocritis: il
lic erit fletus et stridor dentium.

Tunc Capitulum xxv.
simile erit regnum
celorum decem virgi
nibus: que accipientes lam
pades suas exierunt obviam
sponso et sponse. Quinque au
tem ex eis erant fatue: et quinque
prudentes. Sed quinque fatue
acceptis lampadibus non
sumpserunt oleum secum.
Prudentes vero: acceperunt o
leum in vasis suis cum lampadibus.
Moram autem faciente sponso:
dormitaverunt omnes et dor
mierunt. Media autem nocte
clamor factus est: ecce spon
sus venit. exite obviam ei.
Tunc surrexerunt omnes virgi
nes ille: et ornaverunt lampa
des suas. Fatue autem sapien
tibus dixerunt. Date nobis
de oleo vestro: quia lampades
nostre extinguuntur. Responde
runt prudentes dicentes. Ne
forte non sufficiat nobis et
vobis: ite potius ad venden
tes et emite vobis. Dum autem
irent emere: venit sponsus.
Et que parate erant intra
verunt cum eo ad nuptias: et
clausa est ianua. Novissi
me autem veniunt et relique
virgines dicentes. Domine domine:
aperi nobis. At ille respon
dens ait. Amen dico vobis:
nescio vos. Vigilate itaque:
quia nescitis diem neque horam.
Sicut enim homo peregre
proficiscens vocavit servos
suos: et tradidit illis bo
na sua. Et uni dedit quin
que talenta. alii autem duo.
alii vero unum: unicuique
secundum propriam virtutem: et profec
tus est statim. Abiit autem qui

quīqȝ talenta acceperat. et
operatus est in eis: et lucra
tus est alia quīqȝ. Simili
ter qui duo acceperat: lucra
tus est alia duo. Qui autē
vnū acceperat. abiens fodit
in terrā: et abscondit pecu
niā dn̄i sui. Post multum
vero tēporis venit dn̄s ser
uorū illorū: et posuit ratio
nē cū eis. Et accedens qui
quīqȝ talenta acceperat: ob
tulit alia quīqȝ talenta di
cens. Dn̄e quīqȝ talenta mi
tradidisti: ecce alia quinqȝ
superlucratus sū. Ait illi dn̄s
eius. Euge bone serue et fide
lis quia sup pauca fuisti
fidelis: supra multa te con
stituā. Intra in gaudium
dn̄i tui. Accessit autē et qui
duo talenta acceperat: et
ait. Dn̄e duo talenta tra
disti michi: ecce alia duo
lucratus sū. Ait illi dn̄s eius.
Euge serue bone et fidelis:
quia sup pauca fuisti fide
lis supra multa te cōstitu
am. Intra in gaudiū dn̄i
tui. Accedens autē et qui v
nū talentū acceperat. ait.
Dn̄e scio quia homo durus
es. metis ubi nō seminasti.
et cōgregas ubi non spar
sisti: et timens abii et abs
condi talentū tuū in terra.
Ecce habes quod tuū est.
Respondens autē dn̄s eius:
dixit ei. Serue male et pi
ger. sciebas quia meto ubi
nō semino: et cōgrego ubi
nō sparsi. Oportuit ergo
te cōmittere pecuniā meā
nūmulariis: et veniens e
go recepissē utiqȝ quod meū
est cū usura. Tollite itaqȝ
ab eo talentū: et date ei q
habet decē talenta. Omni
enim habenti dabitur et ha
bundabit: ei autē qui non
habet. et qd videtur
habere aufe[r]etur ab
eo. Et inutilē seruū eicite
in tenebras exteriores: illic
erit fletus et stridor dentiū.
Cum autē venerit filius
hominis in maiestate sua
et omēs angeli cū eo: tūc

sedebit super sedem maiestatis
sue. Et congregabuntur an
te eum omnes gentes: et sepa
bit eos ab invicem. sicut pas
tor segregat oves ab hedis
Et statuet oves quidem a dex
tris suis: hedos autem a sinistris.
Tunc dicet rex hiis qui a dex
tris eius erunt. Venite bene
dicti patris mei: possidete pa
ratum vobis regnum a consti
tutione mundi. Esurivi enim:
et dedistis michi manduca
re. Sitivi: et dedistis michi
bibere. Hospes eram: et colle
gistis me. Nudus: et coo
peruistis me. Infirmus: et
visitastis me. In carcere eram:
et venistis ad me. Tunc res
pondebunt ei iusti dicentes.
Domine quando te vidimus e
surientem et pavimus? sici
entem et dedimus tibi potum?
Quando autem te vidimus hospi
tem et collegimus te. aut nu
dum et cooperuimus te? Aut
quando te vidimus infirmum
aut in carcere? et venimus
ad te? Et respondens rex. di
cet illis. Amen dico vobis:
quamdiu fecistis uni de hiis
fratribus meis minimis. michi
fecistis. Tunc dicet et hiis qui
a sinistris erunt. Discedite a
me maledicti in ignem eternum:
qui paratus est dyabolo
et angelis eius. Esurivi enim:
et non dedistis michi mandu
care. Sitivi: et non dedistis
michi potum. Hospes eram:
et non collegistis me. Nudus:
et non cooperuistis me. Infir
mus et in carcere: et non vi
sitastis me. Tunc respondebunt
ei et ipsi dicentes. Domine quando
te vidimus esurientem aut sici
entem. aut hospitem aut nudum.
aut infirmum vel in carcere:
et non ministravimus tibi? Tunc
respondebit illis dicens. Amen
dico vobis: quamdiu non feci
stis uni de minoribus hiis. nec
michi fecistis. Et ibunt hii in
supplicium eternum. iusti autem
in vitam eternam. Capitulum xxvi.

ET factum est cum con
summasset ihesus ser
mones hos omnes:

dixit discipulis suis. Sci-
tis quia post biduū pascha
fiet: et filius hoīs trade-
tur ut crucifigatur. Tunc
cōgregati sūt principes sac-
dotū et seniores ppli in atriū
principis sacerdotū qui dice-
batur cayphas: et cōsiliū
fecerūt ut ihm dolo tenerēt
et occiderēt. Dicebant aūt.
Non in die festo. Ne forte tu-
multus fieret in pplo. Cū
aūt esset ihs in bethania
in domo symonis leprosi:
accessit ad eū mulier habēs
alabastrū unguēti p̄ciosi:
et effudit sup caput ipsius
recumbentis. Videntes autē
discipuli indignati sūt di-
centes. Ut quid pditio hec?
Potuit eñ istud venūdari
multo: et dari pauperibz.
Sciens aūt ihs: ait illis.
Qd molesti estis huic mulieri?
Opus bonū: operata est in
me. Nā semp pauperes ha-
betis vobiscū: me aūt nō
semp habebitis. Mittens
eñ hec unguentū hoc in cor-
pus meū: ad sepeliendū me
fecit. Amen dico vobis: ubi-
cūqz predicatū fuerit hoc ev-
angeliū in toto mūdo. dice-
tur. et qd hec fecit in memori-
ā eius. Tunc abijt unus
de duodecī qui dicitur iudas
scarioth ad principes sacer-
dotū: et ait illis. Quid vul-
tis michi dare: et ego vobis
eū tradā? At illi cōstituerūt
ei triginta argenteos. Et ex-
inde querebat opportunita-
tē: ut eū traderet. Prima aūt
die azimorū: accesserūt dis-
cipuli ad ihm dicentes. U-
bi vis paremus tibi come-
dere pascha? At ihs dixit.
Ite in civitatē ad quēdā: et
dicite ei. Magister dicit. Tē-
pus meū prope est: apud
te facio pascha cū discipul-
is meis. Et fecerūt discipuli
sicut cōstituit illis ihs: et
paraverūt pascha. Vespe-
re aūt facto: discūbebat cū
duodecī discipulis suis. Et
edentibz illis dixit. Amē di-
co vobis: quia unus vestrū

me traditurus est. Et con
tristati valde: ceperunt singu
li dicere. Numquid ego sum
domine? At ipse respondens ait
Qui intingit mecum manum
in parapside: hic me
tradet. Filius quidem hominis
vadit: sicut scriptum est
de illo. Ve autem homini illi:
per quem filius hominis tradetur.
Bonum erat ei: si natus non
fuisset homo ille. Respon
dens autem iudas qui tradidit
eum. dixit. Numquid ego sum rab
bi? Ait illi. Tu dixisti. Ce
nantibus autem eis: accepit ihesus
panem et benedixit ac fregit.
deditque discipulis suis. et ait.
Accipite et comedite: hoc est
corpus meum. Et accipiens
calicem gratias egit: et dedit
illis dicens. Bibite ex hoc om
nes. Hic est enim sanguis me
us novi testamenti: qui pro
multis effundetur in remissio
nem peccatorum. Dico autem vo
bis. Non bibam amodo de hoc
genimine vitis: usque in diem
illum cum illud bibam vobiscum
novum in regno patris mei.
Et ympno dicto: exierunt
in montem oliveti. Tunc di
cit illis ihesus. Omnes vos scan
dalum patiemini in me in ista
nocte. Scriptum est enim. Per
cutiam pastorem: et dispergentur
oves gregis. Postquam autem re
surrexero: precedam vos in ga
lileam. Respondens autem pe
trus: ait illi. Et si omnes scan
dalizati fuerint in te: ego num
quam scandalizabor. Ait illi ihesus.
Amen dico tibi: quia in hac
nocte antequam gallus cantet.
ter me negabis. Ait illi pe
trus. Etiam si oportuerit me
mori tecum: non te negabo.
Similiter et omnes discipuli
dixerunt. Tunc venit ihesus
cum illis in villam que dicitur
gethsemani: et dixit disci
pulis suis. Sedete hic: do
nec vadam illuc et orem. Et as
sumpto petro et duobus filiis
zebedei: cepit contristari et mes
tus esse. Tunc ait illis. Tris
tis est anima mea: usque ad
mortem. Sustinete hic: et vi

gilare mecum. Et progressus
pusillum: procidit in faciem suam
orans et dicens. Mi pater:
si possibile est transeat a me
calix iste. Verumptamen non
sicut ego volo: sed sicut tu.
Et venit ad discipulos:
et invenit eos dormientes. Et
dicit petro. Sic non potuis
tis una hora vigilare mecum?
Vigilate et orate: ut non in
tretis in temptationem. Spi
ritus quidem promptus est: ca
ro autem infirma. Iterum secun
do abiit: et oravit dicens.
Pater mi: si non potest hic
calix transire nisi bibam illum:
fiat voluntas tua. Et venit
iterum: et invenit eos dormien
tes. Erant enim oculi eorum gra
vati. Et relictis illis: iterum
abiit et oravit tercio eundem
sermonem dicens. Tunc ve
nit ad discipulos suos: et
dicit illis. Dormite iam: et
requiescite. Ecce appropinqua
bit hora: et filius hominis
traditur in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce appro
pinquabit. qui me tradet.
Adhuc ipso loquente: ecce iu
das unus de duodecim venit.
et cum eo turba multa cum gla
diis et fustibus missi a prin
cipibus sacerdotum et senioribus
populi. Qui autem tradidit eum:
dedit eis signum dicens. Quem
cumque osculatus fuero: ipse est
tenete eum. Et confestim accedens
ad ihesum dixit. Ave rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitque
illi ihesus. Amice ad quod venis
ti? Tunc accesserunt et manus
iniecerunt in ihesum: et tenuerunt
eum. Et ecce unus ex hiis qui
erant cum ihesu extendens ma
num exemit gladium suum: et
percutiens servum principis sacer
dotum amputavit auriculam
eius. Tunc ait illi ihesus. Con
verte gladium tuum in locum
suum. Omnes enim qui acceperint
gladium: gladio peribunt.
An putas quia non possum
rogare patrem meum: et exhi
bebit michi modo plusquam
duodecim legiones angelorum?
Quomodo ergo implebuntur

scripture? Quia sic oportet
fieri. In illa hora: dixit ihs
turbis. Tamquam ad latronem
existis cum gladiis et fustibus
comprehendere me? Cotidie a
pud vos sedebam docens in tem
plo: et non me tenuistis. Hoc
autem totum factum est: ut adim
plerentur scripture prophetarum.
Tunc discipuli omnes relicto
eo fugerunt. At illi tenentes
ihm. duxerunt ad caypham
principem sacerdotum: ubi scri
be et seniores convenerant.
Petrus autem sequebatur eum
a longe: usque in atrium prin
cipis sacerdotum. Et ingressus
intro: sedebat cum ministris ut
videret finem. Principes autem
sacerdotum et omne concilium que
rebant falsum testimonium
contra ihm: ut eum morti tra
derent. Et non invenerunt: cum
multi falsi testes accessissent.
Novissime autem venerunt
duo falsi testes: et dixerunt.
Hic dixit. Possum destruere
templum dei: et post triduum
reedificare illud. Et surgens
princeps sacerdotum: ait illi.
Nichil respondes ad ea que
isti adversum te testificantur?
Ihs autem tacebat. Et princeps
sacerdotum ait illi. Adiuro te
per deum vivum: ut dicas no
bis si tu es xps filius dei.
Dicit illi ihs. Tu dixisti.
Verumtamen dico vobis:
amodo videbitis filium hominis
sedentem a dextris virtutis. et
venientem in nubibus celi. Tunc
princeps sacerdotum scidit vesti
menta sua dicens. Blas
phemavit. Quid adhuc
egemus testibus? Ecce nunc
audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur? At illi respon
dentes dixerunt. Reus est mor
tis. Tunc exspuerunt in fa
ciem eius: et colaphis eum ce
ciderunt. Alii autem palmas in
faciem ei dederunt dicentes. Pro
phetiza nobis xpe: quis est
qui te percussit? Petrus autem
sedebat foris in atrio: et ac
cessit ad eum una ancilla di
cens. Et tu cum ihu galileo e
ras. At ille negavit coram om

nibus dicens. Nescio quid di
cis. Exeunte aut̄ illo ianu
am: vidit eū alia ancilla.
et ait hijs qui erant ibi. Et
hic erat cū ihū nazareno.
Et iterū negauit cū iuramē
to: quia nō noui hominē.
Et post pusillū accesserūt
qui stabant: et dixerūt pe
tro. Uere et tu ex illis es. Nā
et loquela tua manifestū
te facit. Tūc cepit detestari et
iurare: quia nō nouisset ho
minē. Et cōtinuo gallus can
tauit. Et recordatus ē pe
trus verbi ihū. quod dixerat:
priusq̄ gallus cantet. ter
me negabis. Et egressus fo
ras: fleuit amare. Caplm
Mane aut̄ fac xxvii.
to: consiliū inie
runt omēs principes
sacerdotū et seniores ppl'i ad
uersus ihm. ut eū morti tra
derent. Et vinctū adduxe
runt eū: et tradiderūt ponci
o pylato p̄sidi. Tunc vi
dens iudas qui eum tradi
dit: qđ dāpnatus esset: peni
tencia ductus retulit trigi
ta argenteos principibꝫ sa
cerdotū et senioribꝫ dicens.
Peccaui. tradens sanguinē
iustū. At illi dixerūt. Quid
ad nos? Tu videris. Et pro
iectis argenteis in templo.
recessit: et abiens laqueo se
suspendit. Principes autē
sacerdotū acceptis argenteis
dixerūt. Non licet eos mit
tere in corbanan: quia pre
ciū sanguinis est. Consilio
aut̄ inito: emerūt ex illis a
grū figuli. in sepulturā pe
grinor. Propter hoc vocatus
est ager ille acheldemach.
hoc est ager sanguinis: us
q̄ in hodiernū diē. Tūc im
pletū est: quod dictū est p
iheremiā p̄phetā dicentem.
Et acceperunt triginta ar
genteos preciū appciati quē
appreciauerūt a filijs isrl':
et dederūt eos in agrū figu
li sicut cōstituit michi dn̄s.
Ihūs autē stetit ante presi
dē. Et interrogauit eū p̄ses
dicens. Tu es rex iudeorū?

Dicit ei ihesus. Tu dicis. Et
cum accusaretur a principibus
sacerdotum et senioribus: nichil
respondit. Tunc dicit illi py
latus. Non audis quanta ad
versum te dicunt testimonia?
Et non respondit ei ad ullum
verbum: ita ut miraretur pre
ses vehementer. Per diem autem
sollempnem: consueverat preses
dimittere populo unum vinctum
quem voluissent. Habebat
autem tunc unum vinctum insignem: qui
dicebatur barrabas. Con
gregatis ergo illis: dixit py
latus. Quem vultis dimittam
vobis? barraban an ihesum
qui dicitur christus? Sciebat enim
quod per invidiam tradidissent
eum. Sedente autem illo pro tri
bunali: misit ad illum uxor
eius. dicens. Nichil tibi et
iusto illi. Multa enim passa
sum hodie per visum propter eum.
Principes autem sacerdotum
et seniores persuaserunt populis
ut peterent barraban: ihesum
vero perderent. Respondens
autem preses: ait illis. Quem
vultis vobis de duobus di
mitti? At illi dixerunt. Barra
ban. Dicit illis pylatus.
Quid igitur faciam de ihesu qui
dicitur christus? Dicunt omnes. Cruci
figatur. Ait illis preses. Quid
enim mali fecit? At illi magis
clamabant dicentes. Cruci
figatur. Videns autem pylatus
quia nichil proficeret. sed ma
gis tumultus fieret: accepta
aqua lavit manus suas
coram populo dicens. Inno
cens ego sum a sanguine iu
sti huius: vos videritis. Et
respondens universus populus
dixit. Sanguis eius super
nos: et super filios nostros. Tunc
dimisit illis barraban: ihesum
autem flagellatum tradidit eis
ut crucifigeretur. Tunc mili
tes presidis suscipientes ihesum in
pretorio. congregaverunt ad eum
universam cohortem: et exuentes
eum. clamidem coccineam circumdede
runt ei. Et plectentes coronam
de spinis posuerunt super caput
eius: et arundinem in dextera
eius. Et genuflexo ante eum:

illudebant dicentes. Ave rex
iudeorum. Et expuentes in e
um: acceperunt arundinem. et
percutiebant caput eius. Et
postquam illuserunt ei. exuerunt
eum clamide. et induerunt eum
vestimentis eius: et duxerunt
eum ut crucifigerent. Exeun
tes autem: invenerunt hominem
cyreneum nomine symonem.
Hunc angariaverunt: ut tolle
ret crucem eius. Et venerunt
in locum qui dicitur golgatha:
quod est calvarie locus. Et
dederunt ei vinum bibere: cum fel
le mixtum. Et cum gustasset: no
luit bibere. Postquam autem cru
cifixerunt eum diviserunt vesti
menta eius sortem mittentes:
ut adimpleretur quod dictum
est per prophetam dicentem. Divi
serunt sibi vestimenta mea:
et super vestem meam miserunt
sortem. Et sedentes servabant
eum. Et imposuerunt super
caput eius causam ipsius scrip
tam: hic est ihesus rex iudeorum.
Tunc crucifixi sunt cum eo du
o latrones: unus a dextris et
unus a sinistris. Pretereun
tes autem blasphemabant eum:
moventes capita sua. et dicen
tes. Vah qui destruit templum
dei: et in triduo illud reedifi
cat. Salva temetipsum. Si fi
lius dei es: descende de cruce.
Similiter et principes sacer
dotum illudentes cum scribis et
senioribus dicebant. Alios
salvos fecit: seipsum non po
test salvum facere. Si rex israel
est: descendat nunc de cruce. et
credimus ei. Confidit in deo:
liberet eum nunc si vult. Dixit
enim: quia dei filius sum. Idip
sum autem et latrones qui cruci
fixi erant cum eo: improperabant
ei. A sexta autem hora tenebre
facte sunt super universam terram:
usque ad horam nonam. Et cir
ca horam nonam: clamavit ihesus
voce magna dicens. Hely. he
ly lamazabathani. Hoc est
deus meus deus meus: ut quid
dereliquisti me. Quidam autem
illic stantes et audientes dice
bant. Helyam vocat iste. Et
continuo currens unus ex eis

acceptā spongiā impleuit
aceto. et imposuit arundini: et
dabat ei bibere. Ceteri vero
dicebant. Sine: videamus
an veniat helyas liberans
eū. Ihs autē iterū clamans
voce magna: emisit spiritū.
Et ecce velū templi scissū
est in duas partes: a summo
usqz deorsū. Et terra mo
ta est. et petre scisse sūt. et
monumenta apta sūt: et
multa corpora sanctorū q
dormierant. surrexerūt. Et exe
untes de monumētis post
resurrectionē eius: venerūt
in sanctā civitatē. et appa
ruerūt multis. Centurio
autē et qui cū eo erant custo
dientes ihm: viso terremotu
et hiis que fiebant. timue
rūt valde dicentes. Vere dei
filius erat iste. Erant autē
ibi mulieres multe a longe:
que secute erant ihm a gali
lea ministrantes ei. Inter q̄s
erat maria magdalene. et
maria iacobi et ioseph ma
ter: et mater filiorū zebedei.

Cum sero autē factū esset.
venit quidā homo dives ab
arimathia nomīe ioseph:
qui et ipē discipulus erat
ihū. Hic accessit ad pylatū:
et peciit corpus ihū. Tūc py
latus iussit reddi corpus.
Et accepto corpore ioseph
involuit illud in syndone mū
da: et posuit illud in monu
mento suo novo quod exci
derat in petra. Et advolvit
saxū magnū ad ostiū mo
numenti: et abiit. Erant
autē ibi maria magdalene.
et altera maria sedentes con
tra sepulchrū. Altera autē
die que est post parasceuen:
convenerūt principes sacerdo
tū et pharisei ad pylatū di
centes. Dn̄e recordati sumus
quia seductor ille dixit ad
huc vivens: post tres dies
resurgā. Iube ergo custodiri
sepulchrū usqz in diē terciū:
ne forte veniant discipuli
eius et furentur eū: et dicant
plebi. surrexit a mortuis.
Et erit novissimus error

peior priore. Ait illis pylatus.
Habetis custodiam: ite custo
dite sicut scitis. Illi autem ab
euntes munierunt sepulchrum:
signantes lapidem cum custodibus.
Vespere Capitulum xxviii.
autem sabbati que
lucescit in prima
sabbati: venit maria mag
dalene et altera maria vide
re sepulchrum. Et ecce terremo
tus factus est magnus. An
gelus enim domini descendit de ce
lo: et accedens revolvit la
pidem: et sedebat super eum. Erat
autem aspectus eius sicut ful
gur: et vestimenta eius can
dida sicut nix. Pre timore
autem eius exterriti sunt custo
des: et facti sunt velut mor
Respondens autem angelus:
dixit mulieribus. Nolite time
re vos. Scio enim quod ihesum qui
crucifixus est queritis. Non est
hic. Surrexit enim sicut dix
it. Venite et videte locum: ubi
positus erat dominus. Et cito e
untes dicite discipulis eius
quia surrexit: et ecce precedit

vos in galileam. Ibi eum vide
bitis: ecce predixi vobis. Et
exierunt cito de monumento
cum timore et gaudio mag
no: currentes nunciare disci
pulis eius. Et ecce ihesus oc
currit illis dicens. Avete. Il
le autem accesserunt et tenuerunt
pedes eius: et adoraverunt eum.
Tunc ait illis ihesus. Nolite time
re. Ite nunciate fratribus meis
ut eant in galileam: ibi me
videbunt. Que cum abissent:
ecce quidam de custodibus vene
runt in civitatem. et nunciave
runt principibus sacerdotum
omnia que facta fuerant. Et
congregati cum senioribus consi
lio accepto: pecuniam copio
sam dederunt militibus dicentes. Di
cite quia discipuli eius noc
te venerunt: et furati sunt eum
nobis dormientibus. Et si hoc
auditum fuerit a preside: nos
suadebimus ei. et securos vos
faciemus. At illi accepta pe
cunia: fecerunt sicut erant
edocti. Et divulgatum est ver
bum istud apud iudeos: usque

in hodiernu͂ die͂. Undeci͂ aute͂
discipuli abiert͂ in galilea͂:
in monte͂ ubi co͂stituerat il
lis ihc͂. Et videntes eu͂ ado
raveru͂t. quida͂ aut͂ dubita
veru͂t. Et accedens ih͂s: lo
cutus est eis dicens. Data e͂
michi omn͂s potestas in ce
lo et in terra. Euntes ergo do
cete omn͂es gentes: baptizan
tes eos in nomi͂e patris et fi
lij et sp͂us sc͂i: docentes eos ser
vare omi͂a que͂cu͂q͂ mandavi
vobis. Et ecce ego vobiscu͂
su͂ omnibus diebz: usq͂ ad
co͂summatione͂ seculi. Explic͂
evangeliu͂ sc͂dm matheu͂.
Incipit plog͂ in ev͂geliu͂ s͂
marcu͂.



Marcus ev͂a
gelista dei
electus. et
petri i͂ bap
tismate filius atq͂ in divi
no sermone discipulus: sa
cerdotiu͂ in isrl͂ agens sc͂dm
carne͂ levita. co͂uersus ad
fide͂ xp͂i. evangeliu͂ in yta
lia scripsit: ostendens in eo
quid et generi suo deberet
et xp͂o. Na͂ initiu͂ principij
in voce p͂phetice exclamatio
nis instituens ordine͂ leviti
ce electionis ostendit: ut pre
dicans p͂destinatu͂ iohanne͂
filiu͂ zacharie in voce ange
li annu͂ciantis emissu͂. no͂ so
lu͂ verbu͂ carne͂ factu͂. sed et
corpus dn͂i in omi͂a per ver
bu͂ divine vocis a͂imatum.
initio eva͂gelice p͂dicationis
ostenderet: ut qui hec legens
sciret cui initiu͂ carnis in do
mino et ihu adueni͂etis ha
bitaculu͂ caro deberet agnos
cere. atq͂ in se verbu͂ vocis
quod in co͂sonantibus p͂di
derat inveniret. Deniq͂ et p͂
fecti eva͂gelij opus intrans
et a baptismo dn͂i p͂dicare
deu͂ inchoans non laboravit
nativitate͂ carnis qua͂ in pri
oribus viderat dicere: sed to
tus exprimens expositione͂
deserti. ieiuniu͂ numeri. te͂pta
tione͂ dyaboli. co͂gregatio
nem bestiaru͂. et ministeriu͂
p͂tulit angeloru͂: ut institu

cus nos ad intelligendū. sin
gula in breui cōpingens. nec
auctoritatē facti eī demeret.
et pficiendi operis plenitudi
nem nō negaret. Denique am
putasse sibi post fidē pollicē
dicitur: ut sacerdotio reprobꝫ
haberetur. Sed tantū cōsen
ciens fidei pdestinata potuit
electio: ut nec sic in opere ver
bi perderet. quod prius me
ruerat in genere. Nam alexā
drie episcopus fuit. Cuius
per singula opus scire. et
euangelij in se dicta dispo
nere. et disciplinam in se le
gis agnoscere. et diuinam
in carne domini intelligere
naturā: que in nos primū
requiri. dehinc inquisita vo
lumus agnosci habentes
mercedem exhortationis:
quoniam qui plantat et
qui rigat unum sunt qui
autem incrementum pres
tat deus est. Explicit pro
logus. Incipit euangeliū
secundum marcum.



Inicium eu
angelij
ihū xpī fi
lij dei: sic
ut scriptū
est in ysa
ia ppheta.
Ecce mit
to ange
lū meum
ante faciē tuā: qui ppara
bit viā tuā ante te. Vox
clamantis in deserto: para
te viā dnī: rectas facite se
mitas eius. Fuit iohan
nes in deserto baptizans et
pdicans baptismū penitē
cie in remissionē peccatorū.
Et egrediebatur ad illum
omnis iudee regio et iherosol
limite uniuersi: et baptiza
bant ab illo in iordane
flumine cōfitentes pccā sua.
Et erat iohānes vestit⁹
pilis cameli. et zona pelli
cia circa lūbos eius: et lo
custas et mel siluestre ede
bat: et pdicabat dicens.
Venit fortior me post me:

cuius non sum dignus procũbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto.
Et factum est in diebus illis uenit ihesus a nazareth galilee: et baptizatus est in iordane a iohanne. Et statim ascendens de aqua: vidit apertos celos et spiritum tanquam columbam descendentem et manentem in ipso. Et vox facta est de celis. Tu es filius meus dilectus: in te cõplacui. Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus: et temptabatur a sathana. Eratque cum bestiis: et angeli ministrabant illi.
Postquam autem traditus est iohannes: uenit ihesus in galileam. Predicans euangelium regni dei et dicens. Quoniam impletum est tempus: et appropinquabit regnum dei. Penitemini: et credite euangelio. Et preteriens secus mare galilee vidit symonem et andream fratrem eius mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis ihesus. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus: secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum. vidit iacobum zebedei et iohannem fratrem eius. et ipsos in naui cõponentes retia: et statim vocauit illos. Et relicto patre suo zebedeo in naui cum mercenariis: secuti sunt eum.
Et ingrediuntur capharnaum: et statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens: et non sicut scribe. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu inmundo: et exclamauit dicens. Quid nobis et tibi ihesu nazarene? Venisti perdere nos? Scio quia sis sanctus dei. Et comminatus est ei ihesus dicens. Obmutesce: et exi de homine. Et discerpens eum

spiritus inmundus. et excla
mans voce magna: exiit ab
eo. Et mirati sunt omnes: ita
ut conquirerent inter se dicentes.
Quidnam est hoc? Que doctri
na hec nova? quia in potes
tate et spiritibus inmundis im
perat. et obediunt ei? Et pro
cessit rumor eius statim in omnem
regionem galilee. Et protinus
egredientes de synagoga: ve
nerunt in domum symonis et
andree. cum iacobo et iohanne.
Decumbebat autem socrus symo
nis febricitans: et statim dicunt
ei de illa. Et accedens elevavit
eam: apprehensa manu eius.
Et continuo dimisit eam fe
bris: et ministrabat eis. Vespe
re autem facto cum occidisset sol:
afferebant ad eum omnes ma
le habentes. et demonia ha
bentes. Et erat omnis civitas
congregata ad ianuam. et cu
ravit multos qui vexabantur
variis languoribus: et demoni
a multa eiciebat. Et non si
nebat loqui ea: quia sciebant
eum. Et diluculo valde surgens.

egressus abiit inde in desertum
locum: ibique orabat. Et prosecu
tus est eum symon: et qui cum
illo erant. Et cum invenissent
eum: dixerunt ei. quia omnes que
runt te. Et ait illis. Eamus
in proximos vicos et civita
tes: ut et ibi predicem. Ad hoc
enim veni. Et erat predicans in
synagogis eorum et omni ga
lilea: et demonia eiciens. Et
venit ad eum leprosus depre
cans eum: et genu flexo dixit.
Si vis potes me mundare. Ihesus
autem misertus eius. extendit
manum suam: et tangens eum ait
illi. Volo. Mundare. Et cum dix
isset: statim discessit ab eo
lepra. et mundatus est. Et com
minatus est ei. Statimque eie
cit illum: et dicit ei. Vide nemini
dixeris: sed vade ostende te prin
cipi sacerdotum: et offer pro e
mundatione tua que precepit
moyses in testimonium illis.
At ille egressus cepit predi
care et diffamare sermonem:
ita ut iam non posset mani
feste in civitatem introire. sed

foris in desertis locis esse. Et
conueniebant ad eũ vndiq̧.

Tercium Caplin ij.

Et iterum intrauit caphar
naũ post dies. Et
auditũ est q' in domo esset:
et conuenerũt multi. ita ut
nõ caperet eos ad ianuã.
Et loquebatur eis verbũ.
Et venerũt ferentes ad eum
paraliticũ: qui a quatuor
portabat'. Et cũ nõ possent
offerre eũ illi pre turba: nu
dauerũt tectũ vbi erat: et pa
tefacientes summiserũt graba
tũ in quo paraliticus iace
bat. Cũ vidisset autẽ ihesus
fidem illorũ: ait paralitico.
Fili dimittunt' tibi pctã. E
rant autẽ illic quidã de scri
bis sedentes: et cogitantes
in cordib; suis. Quid hic
sic loquitur? Blasphemat.
Quis potest dimittere pctã:
nisi solus deus? Quo statĩ
cognito ihesus spiritu suo q'
a sic cogitauerũt intra se:
dicit illis. Quid ista cogi
tatis in cordib; vestris? Quid
est facilius dicere paraliti
co. dimittuntur tibi pctã: an
dicere surge tolle grabatũ
tuũ et ambula? Vt autẽ sci
atis quia potestatẽ habet
filius hominis in terra dimit
tendi pctã: ait paralitico.
Tibi dico. surge tolle gra
batũ tuũ: et vade in domũ
tuã. Et statĩ ille surrexit. Et
sublato grabato abiit corã
omnibus: ita ut admirarẽ
tur omnes. et honorificarẽt
deũ dicentes. quia nunq̃ sic
vidimus. Et egressus est
rursus ad mare: omnisq̧
turba veniebat ad eũ: et do
cebat eos. Et cũ preteriret. vi
dit leui alphei sedentẽ ad the
loneũ: et ait illi. Sequere me.
Et surgens secutus est eum.
Et factũ est cũ accumberet i
domo illius: multi publi
cani et pctores simul discũ
bebant cũ ihesu et discipul'
eius. Erant enĩ multi: qui
et sequebant' eũ. Et scribe et
pharisei videntes quia mã
ducaret cũ publicanis et pec

catoribꝫ: dicebant discipul'
eius. Quare cū publicanis
et peccatoribꝫ manducat et bi
bit magister vester? Hoc
audito ihs: ait illis. Non ne
cesse habent sani medico: sed
qui male habent. Non enī
veni vocare iustos: sed pecca
tores. Et erant discipuli iohā
nis et pharisei ieiunātes: et
veniūt et dicūt illi. Cur dis
cipuli iohānis et phariseo
rū ieiunant: tui autē disci
puli nō ieiunāt? Et ait il
lis. Nūquid possūt filii
nuptiarū quādiu sponsus
cū illis est ieiunare? Quāto
tēpore habent secū sponsū:
nō possūt ieiunare. Venient
autē dies cū auferetur ab eis
sponsus: et tūc ieiunabūt
in illis diebꝫ. Nemo assu
mentū panni rudis. assuit
vestimento veteri. Alioquin
aufert supplementū novū
a vetere: et maior scissura
fit. Et nemo mittit vinū
novū in utres veteres. alio
quin disrūpet vinū utres:

et vinū effundetur et utres
peribūt. Sed vinū novū
in utres novos mitti de
bet. Et factū est iterū cū
sabbatis ambularet per
sata: et discipuli eius cepe
runt pgredi et vellere spicas.
Pharisei autē dicebant ei. Ec
ce quid faciūt discipuli tu
i sabbatis quod nō licet.
Et ait illis. Nūquā legistis
quid fecerit david quando ne
cessitatē habuit et esuriit ip
se et qui cū eo erant: quomodo
introiit in domū dei sub a
biathar principe sacerdotū.
et panes ppositionis mā
ducavit. quos nō licebat
manducare nisi sacerdoti
bus. et dedit eis qui cū eo
erant? Et dicebat eis.
Sabbatū pter hoīem fac
tū est: et nō homo pter
sabbatū. Itaqꝫ dn̄s est filius
hoīs etiā sabbati. Capl'
Et introivit iii.
iterū in synago
gā. Et erat ibi ho
mo habens manū aridā.

Et obseruabāt eū si sab
batis curaret: ut accusarēt
eū. Et ait homī habenti
manū aridā. Surge in me
diū. Et dicit eis. Licet sabba
tis benefacere an male? aī
mā saluā facere an perdere?
At illi tacebant. Et circūspi
ciens eos cū ira. cōtristatus
sup cecitatē cordis eorū: di
cit homī. Extende manū
tuā. Et extendit: et restitu
ta est manus illi. Exeuntes
aūt pharisei cū herodianis:
consiliū faciebant aduersus
eū quomodo eū perderēt. Et
ihūs cū discipulis suis sces
sit ad mare. Et multa
turba a galilea et iudea se
cuta est eū: et ab iherosoli
mis et ab ydumea. et trās
iordanen. et qui circa tyrū
et sydonē multitudo magna
audientes que faciebat. ve
nerūt ad eū. Et dixit disci
pulis suis: ut nauicula si
bi deseruiret ꝓpter turbam.
ne cōprimerent eū. Multos
enī sanabat: ita ut irrue
rent in eū ut illū tangerent.
Quotquot habebāt plagas.
et spūs īmundi cū illū vide
bant, procidebant ei: Et cla
mabant dicentes. Tu es fili
us dei. Et vehementer cōmi
nabatur eis: ne manifesta
rent illū. Et ascendens in
montē: vocauit ad se quos
voluit ipse. Et venerūt ad
eū. Et fecit ut essent duodecī
cū illo: et ut mitteret eos ꝑ
dicare. Et dedit illis potesta
tem curandi infirmitates:
et eiciendi demonia. Et im
posuit symoni nomē pe
trus: et iacobū zebedei et io
hannē fratrē iacobi: et im
posuit eis nomīa boaner
ges quod est filij tonitrui:
et andreā et philippū. et bar
tholomeū. et matheū. et tho
mā. et iacobū alphei et tha
deū et symonē chananeū.
et iudā scharioth qui tradi
dit illū. Et veniūt ad do
mū: et cōueniit iterū turba.
ita ut nō possent neqꝫ pa
nē manducare. Et cū audis

scent suum: exierunt tenere eum. Di
cebant enim: quoniam in furorem ver
sus est. Et scribe qui ab
ierosolimis descenderant di
cebant. quoniam beelzebub habet:
et quia in principe demoni
orum eicit demonia. Et con
vocatis eis: in parabolis
dicebat illis. Quomodo po
test sathanas sathanam eicere?
Et si regnum in se dividatur:
non potest stare regnum illud.
Et si domus super semetipsam
dispertiatur: non poterit domus
illa stare. Et si sathanas con
surrexerit in semetipsum. dis
pertitus est: et non poterit
stare. sed finem habet. Nemo
potest vasa fortis ingressus
domum diripere: nisi prius
fortem alliget: et tunc domum
eius diripiet. Amen dico
vobis: quoniam omnia dimittentur
filiis hominum peccata. et blas
phemie quibus blasphema
verunt. Qui autem blasphema
verit in spiritum sanctum. non
habet remissionem in eternum:
sed reus erit eterni delicti: quoniam

dicebant. spiritum immundum
habet. Et veniunt mater
eius et fratres: et foris stan
tes miserunt ad eum. vocantes
eum. Et sedebat circa eum tur
ba: et dicunt ei. Ecce mater
tua et fratres tui. foris que
runt te. Et respondens eis ait.
Que est mater mea et fratres
mei? Et circumspiciens eos qui
in circuitu eius sedebant: ait
Ecce mater mea et fratres mei.
Qui enim fecerit voluntatem dei:
hic frater meus et soror me
a. et mater est. Capitulum iiii.

Et iterum cepit docere
ad mare. Et con
gregata est ad eum
turba multa: ita ut in na
vem ascendens sederet in mari.
Et omnis turba circa mare
super terram erat: et docebat il
los in parabolis multa. Et
dicebat illis in doctrina su
a. Audite. Ecce exiit semi
nans ad seminandum. Et
dum seminat. aliud cecidit
circa viam: et venerunt volu
cres et comederunt illud. Ali

ud vero cecidit sup petrosa:
ubi nõ habuit terrã mul
tã. Et statim exortũ est: qm
nõ habebat altitudinẽ ter
re. Et quãdo exortus est sol.
exestuavit: et eo qd nõ ha
beret radicẽ exaruit. Et ali
ud cecidit in spinas: et as
cenderũt spine et suffocaue
rũt illud: et fructũ non de
dit. Et aliud cecidit in ter
ram bonã: et dabat fruc
tũ ascendentẽ et crescentẽ:
et afferebat vnũ triginta.
et vnũ sexaginta. et vnũ
centũ. Et dicebat. Qui ha
bet aures audiendi audi
at. Et cũ esset singularis:
interrogauerũt eũ hij qui
cũ eo erant duodecĩ. para
bolas. Et dicebat eis. Vo
bis datũ est scire misteriũ
regni dei. Illis autẽ qui
foris sũt in parabolis õ
nia fiũt: ut videntes vide
ant et nõ videãt. et audi
entes audiãt et nõ intelli
gant: nequãdo cõuertant
et dimittant eis peccata.

Et ait illis. Nescitis para
bolã hanc? Et quomodo
omnes parabolas cognosce
tis? Qui seminat: verbũ
seminat. Hij autẽ sũt qui cir
ca viã: ubi seminatur verbũ.
Et cũ audierint: cõfestim
venit sathanas et aufert v
bũ quod seminatũ est in cor
dibus eorũ. Et hij sũt simi
liter qui sup petrosa semi
nantur: qui cũ audierint ver
bũ statim cũ gaudio acci
piũt illud: et nõ habent
radicẽ in se. sed tẽporales sũt.
Deinde orta tribulatione
et persecutione ppter verbũ:
confestĩ scandalizantur. Et
alij sũt. qui in spinis sei
nantur. Hij sũt qui verbum
audiũt: et erũpne seculi
et deceptio diuiciarũ. et cir
ca reliqua cõcupiscẽtie in
troeũtes suffocant verbũ:
et sine fructu efficitur. Et
hij sũt qui sup terrã bonã
seminati sũt: qui audiũt
verbũ et suscipiũt et fructi
ficant vnũ triginta. et vnũ

sexaginta. et unũ centum.
Et dicebat illis. Nũqd
venit lucerna. ut sub modi-
o ponatur. aut sub lecto?
Nõne ut sup candelabrũ
ponatur? Non enĩ est ali-
quid absconditũ quod nõ
manifestetur: nec factũ est oc-
cultũ. sed ut in palã veniat.
Si quis habet aures audi-
endi audiat. Et dicebat
illis. Videte quid audiatis.
In qua mensura mensi fue-
ritis. remecietur vobis: et
adicietur vobis. Qui enĩ
habet dabitur illi: et qui nõ
habet etiã quod habet au-
feretur ab illo. Et dice-
bat. Sic est regnũ dei. quẽ-
admodũ si homo iaciat
sementẽ in terrã et dormi-
at. et exurgat nocte ac die.
et semen germinet et incres-
cat dũ nescit ille. Ultro enĩ
terra fructificat. primũ her-
bã: deinde spicã: deinde ple-
nũ frumentũ in spica. Et
cũ se pduxerit fructus: sta-
tĩ mittit falcẽ. qm adest
messis. Et dicebat. Cui
assimilabimus regnũ dei?
aut cui parabole cõpabi-
mus illud? Sicut granũ
synapis: quod cũ seminatũ
fuerit in terra minus est
omnibus seminibus que sunt
in terra. Et cũ seminatũ
fuerit. ascendit. et fit ma-
ius omnibus oleribus et fa-
cit ramos magnos: ita
ut possint sub umbra illi-
us aves celi habitare. Et
talibus multas parabolis
loquebatur eis verbũ: put
poterant audire. Sine para-
bola aũt nõ loquebatur
eis. Seorsũ aũt discipulis
suis disserebat omnia. Et
ait illis in illa die: cũ sero
factũ esset. Transeamus
contra. Et dimittẽtes tur-
bã: assumunt eũ ita ut erat
in navi. Et alie naves e-
rant cũ illo. Et facta est p-
cella magna venti: et fluc-
tus mittebat in navẽ: ita
ut impleretur navis. Et erat
ipse in puppi. supra cervi-

cal dormiens. Et excitant
eū: et dicūt ei. Magister:
non ad te ptinet quia per-
imus? Et exurgens cōmīa
tus est vento: et dixit mari.
Tace obmutesce. Et cessa
uit ventus: et facta est trā
quillitas magna. Et ait
illis. Quid timidi estis?
Necdū habetis fidē? Et timu
erūt timore magno: et dice
bant ad alterutrū. Quis
putas est iste? Quia vent⁹
et mare obediūt ei. Caplm
ET venerūt trās v.
fretū maris: in re
gionē gerasenor̄.
Et exeunti ei de navi. statim
occurrit de monumētis ho
mo in spiritu īmundo: qui
domiciliū habebat in mo
numētis. Et neqz catheis
iam quisq̄ eū poterat liga
re: qm sepe cōpedibus et ca
theis vinctus. dirupisset
catheuas et cōpedes cōminui
sset. Et nemo poterat eum
domare. Et semp nocte ac
die in monumētis et in mō-
tibus erat: clamans et cōcī
dens se lapidib̄. Videns aūt
ihm alonge cucurrit et ado
ravit eū: et clamans voce
magna dixit. Quid michi
et tibi ihu fili dei summi? Ad
iuro te per deū: ne me torq̄
as. Dicebat enī illi. Exi spi
ritus īmunde ab homine.
Et interrogabat eū. Quod
tibi nomē est? Et dicit ei.
Legio michi nomē est: quia
multi sumus. Et dep̄cabat
eū multū: ne se expelleret
extra regionē. Erat aūt ibi
circa montē grex porcorū
magnus pascens: et dep̄ca
bantur eū spūs dicentes. Mit
te nos in porcos: ut in eos
introeamus. Et cōcessit eis
statī ihus. Et exeūtes spūs
īmundi: introierūt in por
cos. Et magno impetu grex
p̄cipitatus est in mare ad
duo milia: et suffocati sūt
in mari. Qui aūt pascebat
eos fugerūt: et nūciauerūt
in civitatē et in agros. Et
egressi sūt videre quid esset

facti. Et veniunt ad ihesum. et
vident illum qui a demonio
vexabatur. sedentem vestitum et
sane mentis: et timuerunt.
Et narraverunt illis qui vi
derant qualiter factum esset
ei qui demonium habuerat:
et de porcis. Et rogare eum ce
perunt: ut discederet de finibus
eorum. Cumque ascenderet na
vem: cepit illum deprecari. qui
a demonio vexatus fuerat
ut esset cum illo. Et non admi
sit eum: sed ait illi. Vade in
domum tuam ad tuos: et annun
cia illis quanta tibi dominus fecerit.
et misertus sit tui. Et abiit
et cepit predicare in decapoli
quanta sibi fecisset ihesus: et o
mnes mirabantur. Et cum tran
scendisset ihesus in navi rur
sus trans fretum: convenit tur
ba multa ad illum. et erat
circa mare. Et venit quidam
de archisynagogis nomine
iayrus: et videns eum procidit
ad pedes eius: et deprecabatur
eum multum dicens. Quoniam filia
mea in extremis est: veni
impone manum super eam. ut
salva sit et vivat. Et abiit
cum illo. Et sequebatur eum
turba multa: et comprime
bant illum. Et mulier que
erat in profluvio sanguinis
annis duodecim et fuerat
multa perpessa a compluribus
medicis: et erogaverat om
nia sua nec quicquam profece
rat: sed magis deterius ha
bebat. Cum audisset de ihesu:
venit in turba retro. et tan
git vestimentum eius. Dice
bat enim. Quia si vel vesti
mentum eius tetigero: salva
ero. Et confestim siccatus est
fons sanguinis eius: et sen
sit corpore quod sanata esset
a plaga. Et statim ihesus cog
noscens in semetipso virtu
tem que exierat de eo: conver
sus ad turbam aiebat. Quis
tetigit vestimenta mea? Et
dicebant ei discipuli sui.
Vides turbam comprimentem te.
et dicis quis me tetigit? Et
circumspiciebat videre eam. que
hoc fecerat. Mulier autem ti

timens et tremens sciens quod
factum esset in se: venit et pro
cidit ante eum. et dixit ei om
nem veritatem. Ille autem dix
it ei. Filia. fides tua te sal
vam fecit. Vade in pace:
et esto sana a plaga tua.
Adhuc eo loquente: veni
unt ad archisynagogum di
centes. quia filia tua mor
tua est. Quid ultra vexas
magistrum? Ihesus autem verbo
quod dicebatur audito: a
it archisynagogo. Noli ti
mere: tantummodo crede. Et non
admisit quemquam sequi se: ni
si petrum et iacobum et iohan
nem fratrem iacobi. Et veniunt
in domum archisynagogi:
et videt tumultum et flentes
et eiulantes multum. Et in
gressus ait eis. Quid turba
mini et ploratis? Puella
non est mortua: sed dormit.
Et irridebant eum. Ipse vero
eiectis omnibus assumit pa
trem et matrem puelle. et qui
secum erant: et ingrediuntur
ubi erat puella iacens. Et
tenens manum puelle: ait il
li. Thabita cumi: quod est
interpretatum. puella tibi di
co surge. Et confestim surrex
it puella: et ambulabat.
Erat autem annorum duodecim.
Et obstupuerunt stupore
maximo. Et precepit illis
vehementer: ut nemo id
sciret. Et dixit dari illi man
ducare. Et egressus inde
abiit in patriam suam: et seque
bantur illum discipuli sui.

ET Capitulum vi.
facto sabbato:
cepit in synago
ga docere. Et multi audien
tes: admirabantur in doctri
na eius dicentes. Unde hu
ic hec omnia? Et que est sapi
entia que data est illi? et
virtutes tales que per manus
eius efficiuntur? Nonne is
te est faber filius marie?
frater iacobi et ioseph et
iude et symonis? Nonne
et sorores eius hic nobiscum
sunt? Et scandalizabantur
in illo. Et dicebat eis ihesus

sus. Quia nō est ꝓpheta si
ne honore: nisi in patria
sua. et in cognatione sua et
in domo sua. Et nō poterat
ibi virtutē ullā facere: nisi
paucos infirmos īpositis
manibus curabat. Et mi
rabatur ꝓpter incredulita
tem eorū. Et circuibat
castella in circuitu docens.
Et cōuocauit duodecim
et cepit eos mittere binos:
et dabat illis potestatē spi
rituū īmundorū. Et prece
pit eis ne quid tollerent in
via nisi virgā tantū: non
peram nō panē. neq; in zo
na es. sed calciatos sandali
is: et ne induerent͛ duabus
tunicis. Et dicebat eis. Q°
cūq; introieritis in domū: il
lic manete donec exeatis inde.
Et quicūq; non receperint
vos nec audierint vos: exeū
tes inde excutite puluerē de
pedibus vr̄is in testimoniū
illis. Et exeūtes p̄dicabāt
ut penitentiā agerent. Et
demonia multa eiciebant:

et ungebant oleo egros mul
tos. et sanabant. Et au
diuit herodes rex. manifestū
enī factū est nomen eius:
et dicebant. quia iohānes
baptista resurrexit a mortu
is: et ꝓpterea operant͛ virtu
tes in illo. Alij autē dicebāt:
quia helyas est. Alij vero
dicebant quia ꝓpheta est:
quasi vnus ex ꝓphetis.
Quo audito. herodes ait.
Quē ego decollaui iohānē:
hic a mortuis resurrexit.
Ipse enī herodes misit ac
tenuit iohannē: et vinxit
eū in carcerē. ꝓpter herodia
dem vxorē philippi fratris
sui: quia duxerat eā. Di
cebat enī iohānes herodi.
Non licet tibi habere vxorē
fratris tui. Herodias autē
insidiabatur illi: et vole
bat occidere eū. nec poterat.
Herodes enī metuebat iohā
nē: sciēs eū virꝝ iustū et sctm̄:
et custodiebat eū. Et audito
multa faciebat: et libēt eū au
diebat. Et cū dies oportun͛

accidisset: herodes natalis
sui cenā fecit principibus
et tribunis et primis gali-
lee. Cumq3 introisset filia ip-
sius herodiadis. et saltasset.
et placuisset herodi simul-
q3 recumbentibus: rex ait pu-
elle. Pete a me quod vis:
et dabo tibi. Et iuravit illi.
quia quicquid petieris dabo
tibi: licet dimidiū regni me-
i. Que cū exisset: dixit ma-
tri sue. Quid petā? Et illa
dixit. Caput iohānis bap-
tiste. Cumq3 introisset statim
cū festinatione ad regē: peti-
vit dicens. Volo: ut protinus
des michi in disco. caput io-
hannis baptiste. Et contrista-
tus est rex. Propter iusiuran-
dū et propter simul recumben-
tes noluit eā contristare: sed
misso spiculatore precepit
afferri caput eius in disco.
Et decollavit eū in carcere:
et attulit caput eius in dis-
co. et dedit illud puelle: et
puella dedit matri sue. Quo
audito. discipuli eius vene-
runt et tulerunt corpus eius:
et posuerunt illud in monu-
mento. Et convenientes a-
postoli ad ihm: renunciave-
runt illi omnia que egerant.
et docuerant. Et ait illis.
Venite seorsū in desertū locū:
et requiescite pusillū. Erant
enim qui veniebant et redibant multi:
et nec manducandi spaciū
habebant. Et ascendentes
in navē: abierunt in desertū
locū seorsū. Et viderunt eos
abeuntes. et cognoverunt
multi: et pedestres de omni-
bus civitatibus concurrerunt
illuc: et prevenerunt eos. Et
exiens vidit ihs turbam
multā: et misertus est sup
eos: quia erant sicut oves
non habentes pastorē. Et
cepit docere illos multa. Et
cū iam hora multa fieret:
accesserunt discipuli eius di-
centes. Desertus est locus
hic: et iam hora preteriit. Di-
mitte illos: ut euntes in pro-
ximas villas et vicos emant
sibi cibos quos manducent.

Et respondens ait illis. Date
illis vos manducare. Et dix
erunt ei. Euntes emamus de
nariis ducentis panes: et da
bimus eis manducare. Et di
cit eis. Quot panes habetis?
Ite et videte. Et cum cognovis
sent, dicunt. Quinque: et duos
pisces. Et precepit illis: ut ac
cumbere facerent omnes secundum
contubernia super viride fenum.
Et discubuerunt in partes: per
centenos et quinquagenos.
Et acceptis quinque panibus
et duobus piscibus, intuens
in celum benedixit et fregit
panes: et dedit discipulis su
is ut ponerent ante eos. Et
duos pisces divisit omnibus.
Et manducaverunt omnes:
et saturati sunt. Et sustule
runt reliquias fragmentorum
duodecim cophinos plenos:
et de piscibus. Erant autem
qui manducaverunt quinque
milia virorum. Et statim
coegit discipulos suos as
cendere navem, ut precederent
eum trans fretum ad bethsaidam:

dum ipse dimitteret populum.
Et cum dimisisset eos: abi
it in montem orare. Et cum
sero esset: erat navis in me
dio mari, et ipse solus in ter
ra. Et videns eos laboran
tes in remigando: erat enim
ventus contrarius eis. Et
circa quartam vigiliam noctis
venit ad eos ambulans
super mare: et volebat preterire
eos. At illi ut viderunt eum
ambulantem supra mare:
putaverunt fantasma esse.
et exclamaverunt. Omnes enim
eum viderunt: et conturbati sunt.
Et statim locutus est cum eis:
et dixit illis. Confidite. ego
sum: nolite timere. Et as
cendit ad illos in navem: et
cessavit ventus. Et plus
magis intra se stupebant.
Non enim intellexerant de pa
nibus: erat enim cor illorum
obcecatum. Et cum transfretassent:
pervenerunt in terram genezareth.
et applicuerunt. Cumque e
gressi essent de navi: continu
o cognoverunt eum. Et per

currentes uniuersã regionẽ
illã: cepaũt in grabatis
eos qui se male habebant
circũferre. ubi audiebant
eũ esse. Et quocũq; introibat
in vicos vel in villas aut
civitates: in plateis pone-
bant infirmos: et dp̃cabãtur
eũ ut vel fimbriã vesti-
menti eius tangerẽt. Et q̄t
quot tangebant eũ: salvi
fiebant. Capitulũ vii.

Et cõvenerunt ad eũ
pharisei: et quidã
de scribis venientes
ab ierosolimis. Et cũ vi-
dissent quosdã ex discipulis
eius. cõmunib; manibus
id est nõ lotis manducare
panes: vituperaverunt. Pha-
risei eñ et omnes iudei nisi
crebro lavent manus non
manducant. tenentes tradi-
tiones seniorũ: et a foro nisi
baptizent: non comedunt.
Et alia multa sunt que tra-
dita sunt illis servare: bap-
tismata calicũ. et urceorũ.
et eramentorũ et lectorum.

Et interrogabant eũ pha-
risei et scribe. Quare discipu-
li tui nõ ambulant iuxta
traditionẽ seniorũ: sed cõ-
munibus manib; mãdu-
cant panẽ? At ille respon-
dens dixit eis. Bene pphe-
vit ysaias de vobis ypocri-
tis: sicut scriptũ est. Populus
hic labiis me honorat: cor
autẽ eorũ longe est a me.
Inanem autẽ me colunt:
docentes doctrinas et p̃cepta
hoĩm. Relinquentes enim
mandatũ dei: tenetis tradi-
tionẽ hoĩm. Baptismata
urceorũ et calicũ: et alia si-
milia hiis facitis multa.
Et dicebat illis. Bene irri-
tũ facitis preceptũ dei: ut tra-
ditionẽ vestram servetis. Mo-
yses eñ dixit. Honora pa-
trem tuũ et matrẽ tuã. Et
qui maledixerit patri aut
matri: morte moriat. Vos
autẽ dicitis. Si dixerit ho-
mo patri aut matri corban
qd est donũ quodcũq; ex
me tibi profuerit. et ultra nõ

dimittitis eū quicq̄ facere
patri suo aut matri rescin
dentes verbū dei per tradici
onē vrām quā tradidistis:
et similia huiusmodi mul
ta facitis. Et advocans ite
rū turbā: dicebat illis. Au
dite me omēs: et intelligite.
Nichil est extra hominē in
troiens in eū quod possit
eū coinquinare: sed que de
homine pcedunt. illa sūt
que cōmunicant hominē.
Si quis habet aures audiē
di audiat. Et cū introis
set in domū a turba: inter
rogabant eū discipuli eius
parabolā. Et ait illis. Sic
et vos imprudentes estis? Nō
intelligitis quia omne ex
trinsecus introiens in homi
nem nō potest eū commu
nicare? quia nō introit in cor
eius. sed in ventrē et in seces
sū exit purgans omēs escas?
Dicebat autē: quia que de ho
mine exeunt. illa cōmuni
cant hominē. Ab intus enī
de corde hoīm cogitacōes
male pcedunt: adulteria.
fornicationes. homicidia.
furta. avaricie. nequicie. do
lus. impudicicia. oculus ma
lus. blasphemia. supbia.
stulticia. Omīa hec mala
ab intus pcedunt: et cōmu
nicant hominē. Et inde sur
gens: abiit in fines tyri et
sydonis. Et ingressus domū
neminē voluit scire: et nō
potuit latere. Mulier enim
statim ut audivit de eo cuius
filia habebat spiritū immū
dū: intravit et pcidit ad pe
des eius. Erat autē mulier
gentilis: syrophenissa gene
re. Et rogabat eū ut demo
niū eiceret de filia eius. Qui
dixit illi. Sine prius saturari
filios. Non est enī bonū
sumere panē filiorū: et mit
tere canibus. At illa respon
dit: et dixit ei. Utiq; dn̄e:
Nam et catelli sub mensa
comedunt de micis puerorū.
Et ait illi. Propter hunc sermo
nem vade: exiit demoniū de
filia tua. Et cū abisset do

nuũ suã: inuenit puellam
iacentẽ supra lectũ. et demo
niũ exisse. Et iterũ exiens de
finib; tyri venit per sydonẽ
ad mare galilee: inter medi
os fines decapoleos. Et ad
ducunt ei surdũ et mutũ:
et deprecabant' eũ ut impo
nat illi manũ. Et apprehen
dens eũ de turba seorsũ: mi
sit digitos suos in auricu
las eius. Et expuens. tetigit
linguã eius. Et suspiciens
in celũ: ingemuit et ait illi.
Effeta: quod est adaperire.
Et statim aperte sũt aures
eius: et solutũ est vinculũ
lingue eius: et loquebatur
recte. Et p̃cepit illis: ne cui
dicerent. Quanto autem
eis p̃cipiebat. tanto magis
plus p̃dicabant: et eo am
plius admirabant' dicentes.
Bene omnia fecit: et surdos
fecit audire et mutos loqui.
In illis Caplm viii.
diebus iterũ cũ tur
ba multa esset cum
illis, nec haberent quod mã

ducarent: cõuocatis discipu
lis ait illis. Misereor super
turbã: quia ecce iam tridu
o sustinent me: nec habent
quod manducent. Et si di
misero eos ieiunos in domũ
suã: deficient in via. Quidã
aũt ex eis delonge venerunt.
Et responderũt ei discipuli
sui. Unde istos poterit quis
hic saturare panibus in so
litudine? Et interrogauit e
os. Quot panes habetis?
Qui dixerũt. Septem. Et p̃
cepit turbe discũbere sup ter
ram. Et accipiens septem pa
nes: gratias agens fregit.
et dabat discipulis suis ut
apponerẽt. Et apposuerunt
turbe. Et habebant piscicu
los paucos. Et ipsos bene
dixit: et iussit apponi. Et
manducauerũt: et saturati
sũt. Et sustulerũt quod
superauerat de fragmentis:
septẽ sportas. Erant autẽ
qui manducauerũt quasi
quatuor milia: et dimisit
eos. Et statim ascendens nauẽ

cū discipulis suis: venit in
partes dalmanutha. Et exi
erunt pharisei et ceperūt con
quirere cū eo: querētes ab illo
signū de celo. temptantes eū.
Et ingemiscens spiritu ait.
Quid generatio ista querit
signū? Amen dico vobis: si
dabitur generationi isti sig
nū. Et dimittens eos: ascen
dens iterū navē abiit trans
fretū. Et obliti sūt sumere
panes: et nisi unū panem
nō habebant secū in navi.
Et precipiebat eis dicens.
Videte et cavete a fermento
phariseorū: et fermento hero
dis. Et cogitabant ad al
terutrū dicentes: quia panēs
non habemus. Quo cogni
to ihesus: ait illis. Quid cogi
tatis quia panes nō habe
tis? Nondū cognoscitis. nec
intelligitis? Adhuc cecatū
habetis cor vestrū? Oculos
habentes nō videtis. et aures
habentes nō auditis? nec
recordamini. quādo quinque panēs
fregi in quinque millia. et quot

cophinos fragmentorū ple
nos sustulistis? Dicunt ei.
Duodecim. Quando et septē
panes in quattuor millia:
quot sportas fragmentorū
tulistis? Et dicunt ei. Sep
tem. Et dicebat eis. Quomō
nondū intelligitis? Et ve
niūt bethsaida. et adducūt
ei cecū: et rogabant eum ut
illū tangeret. Et apprehensa
manu ceci: eduxit eū extra
vicū. Et expuens in oculos
eius. impositis manibus
suis: interrogavit eū si ali
quid videret. Et aspiciens a
it. Video homines velut arbo
res ambulantes. Deinde ite
rū imposuit manus super
oculos eius: et cepit videre.
Et restitutus est: ita ut vide
ret clare omnia. Et misit illū
in domū suā dicens. Vade
in domū tuā. Et si in vicū
introieris: nemini dixeris.
Et egressus est ihesus et disci
puli eius in castella cesaree
philippi: et in via interro
gabat discipulos suos dicēs

os. Quē me dicunt esse hoī
nes? Qui responderunt illi di
centes. Johannē baptistā:
alij helyā: alij vero quasi
unū de prophetis. Tunc dicit
illis. Vos vero quē me dici
tis esse. Respondens petrus
ait ei. Tu es xpc. Et cōmina
tus est eis: ne cui dicerent
de illo. Et cepit docere illos:
qm oportet filiū hominis
multa pati et reprobari a
senioribz et a summis sacerdo
tibus et scribis. et occidi. et
post tres dies resurgere. Et
palā verbū loquebatur.
Et apprehendens eū petrus:
cepit increpare eū. Qui cō
versus et videns discipulos
suos cōminatus est petro
dicens. Vade retro me sathan
as: qm non sapis que dei
sunt. sed que sunt hoīm.
Et cōvocata turba cum
discipulis suis: dixit eis.
Si quis vult me sequi: de
neget semetipm. et tollat
crucē suā et sequatur me.
Qui enī voluerit animā
suā saluā facere: perdet eā.
Qui autē perdiderit aīam su
am propter me et euangeliū:
saluā eam faciet. Quid enī
proderit homī si lucretur mū
dū totū: et detrimentū facia
at aīme sue? Aut quid da
bit homo cōmutationis p
aīma sua? Qui enī me
cōfessus fuerit et mea vba
in generatione ista adultera
et peccatrice: et filius hoīs
cōfitebitur eū cū venerit in
gloria patris sui cum ange
lis sanctis. Capitlm nonū.

Et dicebat illis. A
men dico vobis:
quia sunt quidā de
hic stantibus qui nō gus
tabunt mortē. donec videāt
regnū dei veniens in virtu
te. Et post dies sex assumpsit
ihesus petrū et iacobū et io
hannē. et ducit illos ī mō
tem excelsū seorsū solos: et
transfiguratus est corā ipsis.
Et vestimenta eius facta
sunt splendentia et candida
nimis velut nix: qualia

fullo sup terrā nō potest cā
dida facere. Et apparuit ill'
helyas cū moyse: et erant
loquentes cū ihū. Et respō
dens petrus: ait ihū. Rab
bi: bonū est nos hic esse. Et
faciamus tria tabernacula:
tibi unū. et moysi unū. et
helye unū. Non enī sciebat
quid diceret. Erant enī timo
re exterriti. Et facta est nu
bes obumbrans eos. Et ve
nit vox de nube dicens. Hic
est filius meus karissimus:
audite illū. Et statim circū
spicientes: neminē amplius
viderunt nisi ihm tantū secū.
Et descendentibus illis de mō
te: precepit illis ne cui q̄ vidis
sent narrarent: nisi cū fili' hōis
a mortuis resurrexerit. Et
verbū continuerunt apud se:
cōquirentes quid esset. cū a
mortuis resurrexerit. Et
interrogabant eū dicentes.
Quid ergo dicunt pharisei
et scribe: quia helyā opor
tet primū venire. Qui res
pondens ait illis. Helyas

cū venerit: primo restituet
omnia. Et quomodo scriptū
est in filiū hominis: ut mul
ta patiatur et contempnatur.
Sed dico vobis quia et hely
as venit: et fecerunt illi quę
cumque voluerunt: sicut scriptū
est de eo. Et veniens ad
discipulos suos: vidit tur
bā magnā circa eos. et scri
bas cōquirentes cū illis. Et
cōfestim omnis populus videns
ihm stupefact' ē et expave
runt: et accurrentes saluta
bant eū. Et interrogavit
eos. Quid inter vos cōqui
ritis? Et respondens un'
de turba dixit. Magister:
attuli filiū meū ad te. ha
bentē spiritū mutū. Qui
ubicumque eū apprehenderit. al
lidit eū: et spumat. et stri
det dentibus. et arescit. Et
dixi discipulis tuis ut eice
rent: et nō potuerunt. Qui
respondens eis dixit. O ge
neratio incredula. quamdiu
apud vos ero: quamdiu vos
patiar? Afferte illū ad me.

Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum: statim spiritus conturbavit eum. Et elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogavit patrem eius. Quantum temporis est ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum et in ignem et in aquas misit: ut eum perderet. Sed si quid potes: adiuva nos misertus nostri. Ihesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia credenti. Et continuo exclamans pater pueri: cum lacrimis aiebat. Credo domine: adiuva incredulitatem meam. Et cum videret Ihesus concurrentem turbam: comminatus est spiritui inmundo dicens illi. Surde et mute spiritus, ego tibi precipio exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et clamans et multum discerpens eum: exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent quia mortuus est. Ihesus autem tenens manum eius elevavit illum: et surrexit. Et cum introisset in domum: discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Et inde profecti pretergrediebantur galileam: nec volebat quemquam scire. Docebat autem discipulos suos: et dicebat illis. Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum et occident eum: et occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: et timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaum. Qui cum domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in via disputaverant: quis esset illorum maior. Et residens vocavit duodecim: et ait illis. Si quis vult primus esse: erit omnium novissimus. et omnium minister. Et accipiens puerum: statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset: ait illis. Quisquis

vnū ex huiusmodi pueris
receperit in nomine meo: me
recipit. Et quicūq; me
susceperit: nō me suscipit.
sed eū qui me misit. Res-
pondit illi iohānes dicens.
Magister vidimus quendā
in nomine tuo eiciente demo
nia. qui nō sequitur nos:
et phibuimus eū. Ihesus aūt
ait. Nolite phibere eū. Ne
mo est enim qui faciat virtu
tem in nomine meo: et pos
sit cito male loqui de me.
Qui enim non est aduersū
vos: p vob est. Quisq̄s enī po
tū dederit vob calicē aque in
nomine meo. quia xpi estis:
amen dico vobis. nō perdet
mercedē suā. Et quisquis
scandalizauerit vnū ex his
pusillis credentib; in me: bo
nū est ei magis si circūdare
tur mola asinaria collo eius
et in mare mitteretur. Et si
scandalizauerit te manus
tua: abscide illā. Bonū est
tibi debilē introire in vitā:
q̄ duas manus habentē
ire in gehennā in ignē inex
tinguibilē: Ubi vermis
eorū non moritur. et ignis
nō extinguitur. Et si pes tu
us te scandalizat: amputa
illū. Bonū est tibi claudū
introire in vitā eternā: q̄
duos pedes habentē mitti
in gehennā ignis inextin
guibilis: ubi vermis eorū
nō moritur. et ignis nō ex
tinguitur. Quod si oculus tu
us scandalizat te: eice eum.
Bonū est tibi luscū introire
in regnū dei: q̄ duos ocu
los habentē mitti in gehē
nam ignis: ubi vermis eo
rū non moritur. et ignis
non extinguitur. Omnis enī
igne salietur: et omnis victi
ma salietur. Bonū est sal.
Quod si sal insulsū fuerit:
in quo illud condietis?
Habete in vobis sal: et pa
cem habete inter vos. Ca
pitulū x.
Et inde
exurgens: venit
in fines iudee ul
tra iordanē. Et conueniunt

iterū turbe ad eū: et sicut cō
sueuerat iterū docebat illos.
Et accedentes pharisei: inter
rogabant eū si licet viro
uxorē dimittere temptātes
eū. At ille respondens dixit
eis. Quid vobis p̄cepit mo
yses? Qui dixerūt. Moyses
permisit libellū repudii scri
bere et dimittere. Quibus
respondens ihūs ait. Ad
duriciā cordis vr̄i scripsit
vobis preceptū istud. Ab ini
tio autē creature masculū
et feminā fecit eos deus: et
dixit. Propter hoc relinquet
homo patrē suū et matrē.
et adherebit ad uxorē suā:
et erūt duo in carne una.
Itaqz iam nō sūt duo: sed
una caro. Quod ergo deus
coniunxit: homo nō separet.
Et in domo iterū discipu
li eius de eodē interrogaue
runt eū. Et dixit illis. Qui
cūqz dimiserit uxorē suā et
aliā duxerit: adulteriū cō
mittit sup eam. Et si uxor
dimiserit virū suū et alii

nupserit: mechatur. Et off
erebant illi paruulos: ut
tangeret illos. Discipuli
autē cōminabantur offeren
tibus. Quos cū videret ihs:
indigne tulit. et ait illis.
Sinite paruulos venire ad
me: et ne prohibueritis eos.
Taliū est enī regnum dei.
Amen dico vobis: quisqs
non receperit regnū dei ve
lut paruulus nō intrabit
in illud. Et complexans eos.
et imponens manus super
illos: bn̄dicebat eos. Et
cū egressus esset in via: pro
currens quidā genu flexo an
te eū rogabat eū dicēs. Magi
ster bone: qd faciā ut vitā eter
nam percipiā? Ihūs autē
dixit ei. Quid me dicis bo
nū? Nemo bonus: nisi unus
deus. Precepta nosti? Ne ad
ulteres. ne occidas. ne fure
ris. ne falsū testimonium
dixeris. ne fraudē feceris: ho
nora patrē tuū et matrē.
At ille respōdens ait illi.
Magister: omnia hec obser

uaui a iuuentute mea. Ihe
sus autẽ intuitus eũ dilexit
eũ: et dixit illi. Vnũ tibi de
est. Vade quecũq; habes ven
de et da pauperib;: et habe
bis thesaurũ in celo: et ve
ni sequere me. Qui contri
status in verbo: abijt me
rens. Erat eñ habens pos
sessiones multas. Et circũ
spiciens ihūs: ait discipu
lis suis. Q̃m difficile qui
pecunias habent in regnũ
dei introibũt. Discipuli aũt
obstupescebãt in verbis ei9.
At ihūs rursus respondens:
ait illis. Filioli: q̃m diffici
le est cõfidentes in pecunijs.
in regnũ dei introire. Facili9
est camelũ per foramẽ acus
transire: q̃ diuitẽ intrare
in regnũ dei. Qui magis
ãmirabant: dicentes ad se
metipsos. Et quis potest sal
uus fieri? Et intuens eos
ihūs ait. Apud homines im
possibile est: sed nõ apd deũ
Oĩa eñ possibilia st apd deũ.
Et cepit petrus ei dicẽ. Ecce ni

oĩa
misim9 et secuti sumus te.
Respondẽs ihūs ait. Amen
dico vob: nemo ẽ qui reliq
rit domũ aut fratres aut
sorores. aut patrẽ aut ma
trem. aut filios aut agros
pp̃ter me et pp̃ter euãgeliũ:
qui non accipiet centies tã
tũ nunc in tempore hoc. do
mos et fratres et sorores et
matres et filios. et agros
cũ persecutionib;. et in secu
lo futuro vitã eternã. Mul
ti autẽ erunt primi nouissi
mi: et nouissimi primi.
Erant aũt in via ascendentes
in ierosolimã: et p̃cedebat
illos ihūs. Et stupebant:
et sequentes timebant. Et as
sumens iterũ duodecĩ: cepit
illis dicere que essent ei ven
tura. Quia ecce ascendim9
ierosolimã: et filius ho
minis tradetur principib;
sacerdotũ et scribis et senio
ribus: et damnabunt eũ
morte. Et tradent eũ genti
bus et illudent ei: et conspu
ent in eũ. et flagellabunt

eum. et interficient eum: et tercia
die resurget. Et accedunt
ad eum iacobus et iohannes
filii zebedei dicentes. Ma-
gister: volumus ut quodcumque
petierimus facias nobis.
At ille dixit eis. Quid vul-
tis ut faciam vobis? Et dix-
erunt. Da nobis ut unus
ad dexteram tuam et alius ad
sinistram tuam. sedeamus in
gloria tua. Ihesus autem ait
eis. Nescitis quid petatis.
Potestis bibere calicem quem
ego bibo? aut baptismo quo
ego baptizor baptizari? At
illi dixerunt ei. Possumus.
Ihesus autem ait eis. Calicem
quidem quem ego bibo bibetis.
et baptismo quo ego bapti-
zor baptizabimini: sedere autem
ad dexteram meam vel ad sinis-
tram non est meum dare vobis:
sed quibus paratum est. Et
audientes decem: ceperunt in-
dignari de iacobo et iohan-
ne. Ihesus autem vocans eos:
ait illis. Scitis quia hii qui
videntur principari gentibus

dominantur eis: et principes eo-
rum potestatem habent ipsorum?
Non ita est autem in vobis:
sed quicumque voluerit fieri ma-
ior. erit vester minister. Et qui-
cumque voluerit in vobis primus
esse: erit omnium servus. Nam
et filius hominis non venit ut
ministraretur ei: sed ut ministraret.
et daret animam suam redemptio-
nem pro multis. Et veni-
unt iherico. Et proficiscente
eo de iherico. et discipulis eius
et plurima multitudine: fi-
lius thimei. barthimeus cecus
sedebat iuxta viam mendicans.
Qui cum audisset quod ihesus na-
zarenus est: cepit clamare
et dicere. Fili david ihesu: mi-
serere mei. Et comminabantur
ei multi ut taceret. At ille
multo magis clamabat. Fi-
li david: miserere mei. Et stans
ihesus: precepit illum vocari. Et
vocant cecum: dicentes ei. Ani-
mequior esto. Surge, vocat
te. Qui, proiecto vestimento
suo: exiliens venit ad eum. Et
respondens ihesus: dixit illi.

Quid vis tibi faciā? Cecus
autē dixit ei. Rabboni: ut vi-
deam. Ihesus autē ait illi. Va-
de: fides tua te saluū fecit. Et
cōfestim vidit: et sequebatur
eum in via. Capitulū xi.

Et cū appropinqua-
rent ierosolime et
bethanie ad mon-
tem oliuarū: mittit duos
ex discipulis suis. et ait illis.
Ite in castellū quod ē cōtra
vos: et statim introeūtes il-
luc. inuenietis pullū liga-
tū sup quē nemo adhuc ho-
minū sedit. Soluite illū:
et adducite. Et si quis vob'
dixerit quid facitis: dicite
quia dño necessari' ē. Et
cōtinuo illū dimittet huc.
Et abeuntes inuenerunt
pullū ligatū ante ianuā
foris in biuio: et soluūt
eū. Et quidā de illic stanti-
bus: dicebant illis. Quid
facitis soluentes pullū? Qui
dixerūt eis. sicut preceperat il-
lis ihesus. Et dimiserūt eis. Et
duxerūt pullū ad ihesū: et
imponūt illi vestimenta
sua. et sedit sup eū. Multi
autē vestimenta sua strau-
erunt in via: alij autē fron-
des cedebant de arboribꝫ et st-
ernebant in via. Et qui p-
ibant et qui sequebantur:
clamabāt dicentes. Osan-
nā: bñdictus qui venit ī
noīe dñi. Benedictū quod
venit regnū pris nri dauid:
osanna in excelsis. Et in-
troiuit ierosolimā in tem-
plū. Et circūspectis omibꝫ:
cū iam vespera esset hora.
exijt in bethaniā cū duode-
cim. Et alia die cū exirent
a bethania: esuriit. Cūqꝫ vi-
disset alonge ficū habentē
folia: venit si quid forte ī-
ueniret in ea. Et cū venisset
ad eā: nichil inuenit preter
folia. Non enī erat tempus
ficorū. Et respondēs dixit ei.
Jam nō amplius in eternū
quisqꝫ fructū ex te mandu-
cet. Et audiebāt discipuli
eius. Et veniūt ierosoli-
mā. Et cū introisset templū.

cepit eicere vendentes et emē
tes de templo: et mensas nū
mulariorū et cathedras vē
dentiū columbas evertit. Et
non sinebat: ut quisquā trās
ferret vas per templū. Et do
cebat dicens eis. Nonne scrip
tum est. quia domus mea
domus orationis vocabitur
omnibus gentibus? Vos aūt
fecistis eā speluncā latronū.
Quo audito: principes
sacerdotū et scribe querebāt
quomodo eū perderent. Time
bant enī eū: quia universa
turba admirabatur sup doctri
na eius. Et cū vespera fac
ta esset: egrediebatur de civi
tate. Et cū mane transirent:
viderūt ficū aridā factā a ra
dicibus. Et recordatus petrus
dixit ei. Rabbi: ecce ficus quā
maledixisti aruit. Et res
pondens ihesus: ait illis. Ha
bete fidem dei. Amen dico vo
bis: quia quicūqz dixerit
huic monti tollere et mittē
in mare. et nō hesitaverit
in corde suo. sed crediderit. q
et quodcūqz dixerit fiat: fiet ei.
Propterea dico vobis. Om
nia quecūqz orantes petitis:
credite quia accipietis et eve
nient vobis. Et cū stabi
tis ad orandū. dimittite si
quid habetis adversus aliquē: ut et
pater vester qui in celis est dimittat vobis pecca
ta vestra. Quod si vos nō dimiseritis: nec
pater vester qui in celis est dimittet vobis pecca
ta vestra. Et veniūt rursū ierosolimā.
Et cū ambularet in templo: ac
cedūt ad eū summi sacerdotes et scribe
et seniores. et dicūt illi. In qua
potestate hec facis? Et quis
tibi dedit hanc potestatē ut
ista facias? Ihesus autē respō
dens: ait illis. Interrogabo
vos et ego unū verbū. et res
pondete michi: et dicam vobis
in qua potestate hec faciā.
Baptismū iohannis de celo erat
an ex hominibus? Respondete
michi. At illi cogitabant se
cū dicentes. Si dixerimus
de celo: dicet nobis. Quare
nō credidistis ei? Si dixeri
mus ex hominibus: timemus
populum. Omnes enim habebant

Iohannem: quia vere propheta esset. Et respondentes: dicunt Iesu. Nescimus. Et respondens Iesus: ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Capitulum xij.

Et cepit illis in parabolis loqui. Vineam pastinavit homo et circumdedit sepem. et fodit lacum et edificavit turrim. et locavit eam agricolis: et peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore servum: ut ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apprehensum eum ceciderunt: et dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium servum: et illum in capite vulneraverunt. et contumeliis affecerunt. Et rursum alium misit: et illum occiderunt. Et plures alios: quosdam cedentes. alios vero occidentes. Adhuc ergo unum habens filium karissimum: et illum misit ad eos novissimum dicens: Quia reverebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad invicem. Hic est heres. venite occidamus eum: et nostra erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt: et eiecerunt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vinee? Veniet et perdet colonos: et dabit vineam aliis. Nec scripturam hanc legistis. lapidem quem reprobaverunt edificantes. hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris? Et querebant eum tenere: et timuerunt turbam. Cognoverunt enim: quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

Et mittunt ad eum quosdam ex phariseis et herodianis: ut eum caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei. Magister scimus quia verax es: et non curas quemquam. Nec enim vides in faciem hominum: sed in veritate viam dei doces. Licet dari tributum cesari an non dabimus? Qui sciens versutiam eorum: ait illis. Quid me temptatis? Afferte michi denarium ut videam. At illi attule

niunt ei. Et ait illis. Cuius ē
ymago hec et inscriptio?
Dicunt illi. Cesaris. Respon
dens autē ihesus: dixit illis.
Reddite igitur que sunt cesa
ris cesari: et que sunt dei deo.
Et mirabantur sup eo. Et ve
niūt ad eū saducei qui dicūt
resurrectionē non esse: et in
terrogabant eū dicentes.
Magister. moyses nob' scp
sit ut si cuius frater mortu
us fuerit et dimiserit uxorē.
et filios nō reliquerit: acci
piat frater eius uxorē ipsi
us. et resuscitet semen frat'
suo. Septē ergo fratres erant:
et primus accepit uxorē. et
mortuus est nō relicto semine.
Et secūdus accepit eam. et
mortuus est: et nec iste re
liquit semen. Et tercius simi
liter. Et acceperūt eā simi
liter septē: et nō reliquerunt
semen. Novissima oīm de
functa est et mulier. In resur
rectione ergo cū resurrexerint.
cuius de hys erit uxor? Sep
tem enī habuerunt eā uxorē.

Et respondēs ihesus: ait illis.
Nōne ideo erratis: nō scien
tes scripturas neq; virtutē
dei? Cū enī a mortuis resur
rexerint: neq; nubent neq;
nubentur. sed sunt sicut angeli
in celis. De mortuis autē
qd' resurgant nō legistis in
libro moysi sup rubū: quo
modo dixerit illi deus inqui
ens. ego sū deus abrahā et
deus ysaac et deus iacob?
Non est deus mortuorū: sed
vivorū. Vos ergo multū er
ratis. Et accessit unus de
scribis qui audierat illos
cōquirentes. et videns qm̄
bene illis responderit: inter
rogavit eū quod esset primū
oīm mandatū. Ihesus autē
respondit ei: quia primū
oīm mandatū est. Audi is
rael. dn̄s deus nr̄. deus un'
est: et diliges dn̄m deū tuū
ex toto corde tuo. et ex tota
aīma tua. ex tota mente
tua. et ex tota virtute tua.
Hoc est primū mandatū.
Secundū autē simile ē illi.

Diliges proximum tuum tamquam
te ipsum. Maius horum aliud
mandatum non est. Et ait
illi scriba. Bene magister
in veritate dixisti: quia unus
est. et non est alius preter eum.
Et ut diligatur ex toto corde
et ex toto intellectu. et ex to
ta anima. et ex tota fortitudi
ne: et diligere proximum tamquam
se ipsum. maius est omnibus
holocaustomatibus et sacrifi
ciis. Ihesus autem videns quod sa
pienter respondisset: dixit il
li. Non es longe a regno dei.
Et nemo iam audebat eum
interrogare. Et respondens
ihesus: dicebat docens in tem
plo. Quomodo dicunt scribe
christum filium esse david? Ipse
enim david dicit in spiritu sancto.
Dixit dominus domino meo sede a
dextris meis: donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Ipse ergo david dicit
eum dominum: et unde est filius
eius? Et multa turba eum
libenter audiebat. Et dice
bat eis in doctrina sua. Ca
vete a scribis. qui volunt
in stolis ambulare. et salu
tari in foro. et in primis
cathedris sedere in synago
gis. et primos discubitus
in cenis: Qui devorant
domos viduarum sub obtentu
prolixe orationis. Hii accipi
ent prolixius iudicium. Et se
dens ihesus contra gazophila
cium: aspiciebat quomodo
turba iactaret es in gazo
philacium. Et multi divites
iactabant multa. Cum venis
set autem una vidua pauper:
misit duo minuta quod est
quadrans. Et convocans
discipulos suos: ait illis.
Amen dico vobis: quoniam vi
dua hec pauper plus omnibus
misit. qui miserunt in gazo
philacium. Omnes enim ex eo
quod habundabat illis
miserunt. Hec vero de penu
ria sua omnia que habuit
misit: totum victum suum. xiii.
Et cum Capitulum
egrederetur de templo:
ait illi unus ex

discipulis suis. Magister
aspice quales lapides et quales
structure. Et respondens ihesus:
ait illi. Vides has omnes ma-
gnas edificationes? Non relin-
quetur lapis super lapidem: qui
non destruatur. Et cum sede-
ret in monte oliueti contra
templum: interrogabant eum
separatim. petrus et iacobus
et iohannes. et andreas. Dic
nobis quando ista fient: et quod
signum erit quando hec omnia
incipiant consummari. Et res-
pondens ihesus: cepit dicere
illis. Videte ne quis vos se-
ducat. Multi enim venient
in nomine meo dicentes. quia
ego sum: et multos seducent.
Cum audieritis autem bella et
opiniones bellorum: ne ti-
mueritis. Oportet enim fieri:
sed nondum finis. Exurget
enim gens super gentem et reg-
num super regnum: et erunt terre-
motus per loca et fames.
Initium dolorum hec. Videte
autem vosmetipsos. Tradent
enim vos in consiliis et in sy-
nagogis vapulabitis: et
ante presides et reges stabitis
propter me. in testimonium illis.
Et in omnes gentes primum
oportet predicari euangelium.
Et cum duxerint vos traden-
tes. nolite precogitare quid
loquamini: sed quod datum
vobis fuerit in illa hora id
loquamini. Non enim estis vos
loquentes: sed spiritus sanctus. Tra-
det autem frater fratrem in mor-
tem: et pater filium. Et consur-
gent filii in parentes: et morti-
te afficient eos. Et eritis o-
dio omnibus: propter nomen
meum. Qui autem sustinuerit
in finem: hic saluus erit.
Cum autem videritis abho-
minationem desolationis
stantem ubi non debet: qui
legit intelligat. Tunc qui
in iudea sunt fugiant in mon-
tes: et qui super tectum ne descen-
dat in domum: nec introe-
at ut tollat quid de domo su-
a. Et qui in agro erit: non
reuertatur retro tollere vesti-
mentum suum. Ve autem preg-

nantibus et nutrientibus
in illis diebus. Orate ve
ro: ut hyeme non fiat. Erunt
enim dies illi tribulationes tales
quales non fuerunt ab initio
creature quam condidit deus
usque nunc: neque fient. Et ni
si breviasset dominus dies: non
fuisset salva omnis caro. Sed
propter electos quos elegit: bre
viavit dies. Et tunc si quis
vobis dixerit ecce hic est christus
ecce illic: ne credideritis. Ex
urgent enim pseudo christi et pseu
do prophete: et dabunt signa et
portenta ad seducendos, si fie
ri potest etiam electos. Vos er
go videte: ecce predixi vobis
omnia. Sed in illis diebus
post tribulationem illam sol
contenebrabitur: et luna non
dabit splendorem suum. et stelle
celi erunt decidentes: et virtutes
que sunt in celis movebuntur.
Et tunc videbunt filium hominis
venientem in nubibus cum vir
tute multa et gloria. Et tunc
mittet angelos suos et con
gregabit electos a quatuor ven
tis: a summo terre usque ad sum
mum celi. A ficu autem discite pa
rabolam. Cum iam ramus eius te
ner fuerit, et nata fuerint
folia: cognoscitis quia in
proximo sit estas. Sic et vos
cum hec videritis fieri: scitote
quod in proximo sit in ostiis.
Amen dico vobis: quoniam non
transibit generatio hec, do
nec omnia ista fiant. Celum
et terra transibunt: verba
autem mea non transibunt.
De die autem illa vel hora
nemo scit: neque angeli in ce
lo, neque filius nisi pater.
Videte vigilate et orate:
nescitis enim quando tempus
sit. Sicut homo qui pere
gre profectus reliquit domum
suam. et dedit servis suis po
testatem cuiusque operis: et ia
nitori precepit ut vigilet. Vi
gilate ergo: nescitis enim
quando dominus domus veniat se
ro an media nocte an gal
licantu an mane: ne cum ve
nerit repente inveniat vos
dormientes. Quod autem vobis

dicto: omnibus dico. Vigilate.
Erat Capitulum xiiii.
autem pascha: et a
zima post biduum.
Et querebant summi sacer
dotes et scribe: quomodo eum
dolo tenerent et occiderent.
Dicebant enim. Non in die
festo. Ne forte tumultus fie
ret populi. Et cum esset betha
nie in domo symonis lepro
si et recumberet: venit mulier
habens alabastrum unguenti
nardi spicati preciosi: et frac
to alabastro. effudit super
caput eius. Erant autem qui
dam indigne ferentes intra se
metipsos: et dicentes. Ut quid
perdicio ista unguenti fac
ta est? Poterat enim unguen
tum istud venundari plusquam
trecentis denariis: et dari
pauperibus. Et fremebant
in eam. Ihesus autem dixit. Sini
te eam. Quid illi molesti
estis? Bonum opus operata
est in me. Semper enim pau
peres habetis vobiscum: et
cum volueritis potestis illis
benefacere. Me autem non se
per habetis. Quod habuit
hec fecit: prevenit ungere cor
pus meum in sepulturam. Amen
dico vobis: ubicumque predica
tum fuerit evangelium istud in
universo mundo: et quod fe
cit hec narrabitur in memo
riam eius. Et iudas scario
thes unus de duodecim abiit
ad summos sacerdotes: ut pro
deret eum illis. Qui audientes
gavisi sunt: et promiserunt ei
pecuniam se daturos. Et que
rebat quomodo illum oportu
ne traderet. Et primo die a
zimorum quando pascha immo
labant: dicunt ei discipuli.
Quo vis eamus et paremus
tibi: ut manduces pascha?
Et mittit duos ex discipulis
suis: et dicit eis. Ite in civita
tem: et occurret vobis homo
lagenam aque baiulans. Se
quimini eum: et quocumque intro
ierit dicite domino domus quia
magister dicit. Ubi est refec
tio mea ubi pascha cum dis
cipulis meis manducem?

Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum: et illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem: et invenerunt sicut dixerat illis: et paraverunt pascha. Respere autem facto: venit cum duodecim. Et discumbentibus eis et manducantibus: ait ihesus. Amen dico vobis: quia unus ex vobis me tradet qui manducat mecum. At illi ceperunt contristari: et dicere ei singillatim. Numquid ego? Qui ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit: sicut scriptum est de eo. Ve autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis: accepit ihesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait. Sumite. Hoc est corpus meum. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus novi testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quod iam non bibam de genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno dei. Et ympno dicto: exierunt in montem olivarum. Et ait eis ihesus. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est. Percutiam pastorem: et dispergentur oves. Sed postquam resurrexero: precedam vos in galileam. Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus vocem dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commori tibi: non te negabo. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in predium cui nomen gethsemani. Et ait

discipulis suis. Sedete hic:
donec orē. Et assumit petrum et
iacobum et iohannem secum: et cepit
pavere et tedere. Et ait il-
lis. Tristis est anima mea.
usque ad mortē. Sustinete
hic: et vigilate. Et cum
processisset paululum: procidit
super terrā et orabat ut si fie-
ri posset transiret ab eo ho-
ra. Et dixit. Abba pater om-
nia tibi possibilia sunt: trans-
fer calicē hunc a me. Sed
nō quod ego volo: sed quod
tu. Et venit: et invenit eos
dormientes. Et ait petro. Sy-
mon dormis? Non potuis-
ti una hora vigilare? Vi-
gilate et orate: ut nō intre-
tis in temptationē. Spiritus
quidē promptus: caro autem
infirma. Et iterum abiens:
oravit eundē sermonē di-
cens. Et reversus denuo: in-
venit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum gravati: et
ignorabant quid respon-
derent ei. Et venit tercio:
et ait illis. Dormite iam:

et requiescite. Sufficit. Ve-
nit hora: ecce tradetur filius
hominis in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce qui
me tradet prope est. Et ad-
huc eo loquente: venit Iu-
das scarioth unus ex duo-
decim. et cum eo turba multa
cum gladiis et lignis. a sum-
mis sacerdotibus et a scribis
et a senioribus. Dederat
autem traditor eius signum eis
dicens. Quemcumque osculatus
fuero: ipse est tenete eum. et
ducite caute. Et cum venisset:
statim accedens ad eum ait.
Rabbi. Et osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in
eum: et tenuerunt eum. Unus
autem quidam de circumstantibus
educens gladium. percussit ser-
vum summi sacerdotis: et am-
putavit illi auriculam. Et
respondens ihesus: ait illis.
Tanquam ad latronem existis
cum gladiis et lignis compre-
hendere me? Cotidie eram
apud vos in templo docens:
et nō me tenuistis. Sed ut

adimpleantur scripture. Tunc
discipuli eius relinquentes
eum: omnes fugerunt. Adoles
cens autem quidam sequebatur
eum. amictus syndone super
nudo: et tenuerunt eum. At ille
reiecta syndone: nudus pro
fugit ab eis. Et adduxerunt
ihesum ad summum sacerdotem:
et convenerunt omnes sacerdo
tes. et scribe et seniores. Pe
trus autem a longe secutus est
eum: usque intro in atrium sum
mi sacerdotis. Et sedebat cum
ministris: et calefaciebat se ad
ignem. Summi vero sacerdo
tes et omne concilium querebant
adversus ihesum testimonium.
ut eum morti traderent: nec in
veniebant. Multi enim testi
monium falsum dicebant adver
sus eum: et convenientia testi
monia non erant. Et qui
dam surgentes falsum testimo
nium ferebant adversus eum
dicentes. Quoniam nos audivi
mus eum dicentem. Ego dissol
vam templum hoc manu
factum: et post triduum aliud
non manufactum edificabo.
Et non erat conveniens testi
monium illorum. Et exurgens
summus sacerdos in medium:
interrogavit ihesum dicens.
Non respondes quicquam ad
ea que tibi obiciuntur ab his?
Ille autem tacebat: et nichil
respondit. Rursum summus
sacerdos interrogabat eum:
et dicit ei. Tu es xpc filius
dei benedicti? Ihesus autem
dixit illi. Ego sum. Et videbi
tis filium hominis a dextris se
dentem virtutis: et venientem
cum nubibus celi. Summus
autem sacerdos scindens vesti
menta sua. ait. Quid
adhuc desideramus testes?
Audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur? Qui omnes
condempnaverunt eum esse reum
mortis. Et ceperunt qui
dam conspuere eum. et velare fa
ciem eius: et colaphis eum
cedere. et dicere ei. Prophetiza.
Et ministri alapis eum cedebant.
Et cum esset petrus in a
trio deorsum: venit una ex

ancillis summi sacerdotis.
Et cum vidisset petrum calefa-
cientem se: aspiciens illum ait.
Et tu cum ihesu nazareno eras.
At ille negavit dicens. Neque
scio: neque novi quid dicas.
Et exiit foras ante atrium:
et gallus cantavit. Rursus
autem cum vidisset illum ancilla:
cepit dicere circumstantibus.
Quia hic ex illis est. At ille
iterum negavit. Et post pu-
sillum: rursus qui astabant
dicebant petro. Vere ex illis
es: nam et galileus es. Ille
autem cepit anathematizare
et iurare: quia nescio homi-
nem istum quem dicitis. Et
statim iterum gallus cantavit.
Et recordatus est petrus
verbi quod dixerat ei ihesus.
Priusquam gallus cantet bis.
ter me negabis: et cepit flere.

Et confestim. Capitulum xv.
mane con-
silium facientes sum-
mi sacerdotes cum senioribus
et scribis et universo conci-
lio: Vincientes ihesum duxe-
runt et tradiderunt pilato.
Et interrogavit eum pila-
tus. Tu es rex iudeorum? At
ille respondens: ait illi. Tu
dicis. Et accusabant eum
summi sacerdotes in multis.
Pilatus autem rursum interro-
gabat eum dicens. Non respon-
des quicquam? Vide in quantis
te accusant. Ihesus autem am-
plius nihil respondit: ita
ut miraretur pilatus. Per
diem autem festum dimittere
solebat illis unum ex vinctis
quemcumque petissent. Erat
autem qui dicebatur barra-
bas: qui cum seditiosis erat
vinctus. qui in seditione fe-
cerat homicidium. Et cum ascen-
disset turba: cepit rogare
sicut semper faciebat illis.
Pilatus autem respondit eis
et dixit. Vultis dimittam vo-
bis regem iudeorum? Sciebat
enim: quod per invidiam tradidis-
sent eum summi sacerdotes.
Pontifices autem concitaverunt
turbam: ut magis barrabam
dimitteret eis. Pilatus

autē iterū respondens: ait illis.
Quid ergo vultis faciā re
gi iudeorū? At illi iterū cla
maverunt. Crucifige eum.
Pilatus vero dicebat eis.
Quid enī mali fecit? At illi
magis clamabant. Crucifi
ge eū. Pilatus autē volens
ṗplo satisfacere. dimisit il
lis barrabam: et tradidit ihm
flagellis cesū. ut crucifige
retur. Milites autē duxerunt
eū intro in atriū pretorij:
et convocant totā cohortē:
et induunt eū purpura. Et
imponunt ei plectentes spine
am coronā: et ceperunt salu
tare eū. Ave rex iudeorū. Et
percutiebant caput eius arū
dine: et conspuebant eū: et
ponentes genua adorabant
eū. Et postquā illuserunt ei:
exuerunt illū purpura. et in
duerunt eū vestimentis suis.
Et educunt illū: ut crucifige
rent eū. Et angariaverunt
pretereuntē quempiam symo
nem cyreneū venientē de vil
la. patrē alexandri et rufi:
ut tolleret crucē eius. Et
perducunt illū in golgatha
locū: quod est interpretatū cal
varie locus. Et dabant
ei bibere mirratū vinū: et
nō accepit. Et crucifigen
tes eū: diviserunt vestimenta
eius. mittentes sortē sup eis
quis quid tolleret. Erat
autē hora tercia: et crucifixe
runt eū. Et erat titulus cau
se eius inscriptus: rex iudeorū.
Et cum eo crucifigunt duos
latrones: unū a dextris. et
aliū a sinistris eius. Et
adimpleta est scriptura que
dicit. Et cū iniquis deputa
tus est. Et pretereuntes blas
phemabant eū: moventes
capita sua et dicentes. Vah
qui destruit templū dei: et
in tribus diebus edificat.
Salvū fac temetipsum: descē
dens de cruce. Similiter et
summi sacerdotes ludentes ad
alterutrum: cū scribis dice
bant. Alios salvos fecit:
seipsum nō potest salvū fa
cere? Xpc rex isrl' descendat

nunc de cruce: ut videamus
et credamus. Et qui cum
eo erant crucifixi: convicia
bantur ei. Et facta hora
sexta: tenebre facte sunt per to
tam terram usque in horam nonam.
Et hora nona: exclama
vit ihesus voce magna dicens.
Heloy. heloy. lamazabatha
ni. Quod est interpretatum.
Deus meus. deus meus: ut
quid dereliquisti me? Et qui
dam de circumstantibus audien
tes dicebant. Ecce helyam vo
cat. Currens autem unus
et implens spongiam aceto.
circumponensque calamo: po
tum dabat ei dicens. Sinite:
videamus si veniat helyas
ad deponendum eum. Ihesus
autem emissa voce magna:
expiravit. Et velum tem
pli scissum est in duo: a sur
sum usque deorsum. Videns
autem centurio qui ex adver
so stabat. quia sic clamans
expirasset ait. Vere homo
hic filius dei erat. Erant
autem et mulieres de longe a
spicientes: inter quas erat
maria magdalene et mari
a iacobi minoris. et ioseph
mater. et salome. Et cum esset
in galilea sequebantur eum.
et ministrabant ei: et alie
multe que simul cum eo ascen
derant iherosolimam. Et
cum iam sero esset factum quia
erat parasceue quod est an
te sabbatum: venit ioseph
ab arimathia nobilis decu
rio. qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter intro
ivit ad pilatum: et petiit cor
pus ihesu. Pilatus autem mi
rabatur si iam obisset. Et
accersito centurione: inter
rogavit eum si iam mortuus
esset. Et cum cognovisset
a centurione: donavit cor
pus ioseph. Ioseph autem
mercatus sindonem. et depo
nens eum involvit sindone:
et posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra.
Et advolvit lapidem ad osti
um monumenti. Maria
autem magdalene et maria

ioseph: aspiciebat ubi po
neretur. Capitulum xvi.
Et cum transisset sab
batum: maria mag
dalene et maria iacobi et
salome emerunt aromata.
ut venientes ungerent ihesum.
Et valde mane una sab
batorum veniunt ad monu
mentum: orto iam sole. Et di
cebant ad invicem. Quis revol
vet nobis lapidem ab ostio
monumenti? Et respicientes:
viderunt revolutum lapidem.
Erat quippe magnus valde.
Et introeuntes in monumen
tum: viderunt iuvenem sedentem in
dextris coopertum stola candida. et
obstupuerunt. Qui dicit illis.
Nolite expavescere. Ihesum queri
tis nazarenum: crucifixum.
Surrexit: non est hic. Ecce lo
cus: ubi posuerunt eum. Sed
ite dicite discipulis eius et
petro: quia precedet vos in
galileam. Ibi eum videbitis: sic
ut dixit vobis. At ille exe
untes: fugerunt de monumen
to. Invaserat enim eas tremor
et pavor: et nemini quicquam
dixerunt. Timebant enim. Sur
gens autem ihesus mane prima
sabbati: apparuit primo
marie magdalene de qua e
iecerat septem demonia. Illa
vadens nunciavit hiis qui
cum eo fuerant lugentibus et
flentibus. Et illi audientes
quia viveret et visus esset
ab ea: non crediderunt. Post
hec autem duobus ex eis ambu
lantibus ostensus est in alia
effigie: euntibus in villam. Et
illi euntes nunciaverunt ceteris:
nec illis crediderunt. Novis
sime recumbentibus illis un
decim apparuit: et exprobra
vit incredulitatem illorum et du
riciam cordis: quia hiis qui
viderant eum resurrexisse non
crediderunt. Et dixit eis. Eun
tes in mundum universum: pre
dicate evangelium omni crea
ture. Qui crediderit et bapti
zatus fuerit: salvus erit. Qui
vero non crediderit: condempna
bitur. Signa autem eos qui
crediderint: hec sequentur. In

nomine meo demonia eiciet:
linguis loquentur novis: ser
pentes tollent. Et si mortife
rum quid biberint: non eos no
cebit. Super egros manus im
ponent: et bene habebunt. Et
dominus quidem ihesus postquam locu
tus est eis assumptus est in ce
lum: et sedet a dextris dei. Illi
autem profecti predicaverunt ubi
que: domino cooperante, et sermo
nem confirmante sequentibus
signis. Explicit evangelium
secundum marcum. Incipit prologus
in evangelium secundum lucam.

Lucas syrus
natione an
thiocensis ar
te medicus.
discipulus
apostolorum: postea paulum
secutus. usque ad confessionem
eius serviens domino sine crimi
ne. Nam neque uxorem unquam
habens neque filios: septua
ginta et quatuor annorum.
obiit in bithinia plenus
spiritu sancto. Qui cum iam
scripta essent evangelia. per

matheum quidem in iudea. per
marcum autem in ytalia. sancto
instigante spiritu in achaie par
tibus hoc scripsit evangelium:
significans etiam ipse in prin
cipio ante alia esse descripta.
Cui extra ea que ordo evan
gelice dispositionis exposcit.
ea maxime necessitas labo
ris fuit. ut primum grecis fi
delibus omni prophetatione ven
turi in carnem dei christi mani
festata humanitas: ne iu
daicis fabulis attenti. in so
lo legis desiderio tenerentur:
ne vel hereticis fabulis et
stultis sollicitationibus seduc
ti excederent a veritate elabo
rarent. Dehinc vero in prin
cipio evangelii iohannis nati
vitate presumpta. cui evange
lium scriberet. et in quo electus
scriberet indicaret: contestans
in se completa esse que essent
ab aliis inchoata. Cui ideo
post baptismum filii dei a per
fectione generationis in
christo implete repetendi a prin
cipio nativitatis humane

potestas permissa est: ut requirentibus demonstraret in quo apprehendens erat. per nathan filium introitu recurrentis in deum generationis admisso indispartibilis deus ut praedicans in hominibus christum suum. perfecti opus hominis redire in se per filium faceret: qui per david patrem venientibus iter praebebat in christo. Cui luce non immerito etiam scribendorum apostolicorum actuum potestas in ministerio datur: ut deo in deum pleno et filio perditionis extincto. oratione ab apostolis facta sorte domini electionis numerus compleretur. Sicque paulus consummationem apostolicis actibus daret: quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus ac requirentibus deum etsi per singula expediri a nobis utile fuerat: sciens tamen quod operantem agricolam oportet de fructibus suis edere. vitavimus publicam curiositatem: ne non tam volentibus deum videremur quam fastidientibus prodidisse. Explicit prologus.

Incipit evangelium secundum lucam. Capitulum I.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem quae in nobis completae sunt rerum. sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. et ministri fuerunt sermonis: visum est et mihi assecuto a principio omnibus diligenter. ex ordine tibi scribere optime theophile: ut cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de vice abia: et uxor illi de filiabus aaron. et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus

dñi sine q̃rela. Et nõ erat il
lis filius: eo qđ esset elizabeth
sterilis. et ambo processissent
in diebus suis. Factũ est au
tẽ cũ sacerdocio fungeret̃ za
charias in ordine vicis sue
ante deũ: sc̃dm cõsuetudinẽ
sacerdocij sorte exijt ut incen
sũ poneret. ingressus in tem
plũ dñi. Et omnis multitudo
p̃pli erat orans foris hora
incensi. Apparuit autẽ illi ã
gelus dñi: stans a dextris al
taris incensi. Et zacharias
turbatus est videns: et timor
irruit sup eũ. Ait autẽ ad il
lũ angelus. Ne timeas za
charia: qm̃ exaudita est dep̃
cacio tua. Et uxor tua eliza
beth pariet tibi filiũ: et vo
cabis nomẽ eius iohannẽ.
Et erit gaudiũ tibi et exulta
cio: et multi in natiuitate
eius gaudebũt. Erit eñ mag
nus corã dño: et vinũ et sice
ram nõ bibet. Et sp̃u sancto
replebitur adhuc ex utero ma
tris sue: et multos filiorũ
isrl' cõuertet ad dñm deũ ip
sorũ. Et ipse precedet ante illũ
in spiritu et virtute helye: ut
cõuertat corda patrũ in filios.
et incredulos ad prudenciã
iustorũ: parare dño plebem
pfectã. Et dixit zacharias
ad angelũ. Unde hoc sciam?
Ego enĩ sũ senex: et uxor me
a processit in diebus suis. Et
respondens angelus: dixit ei.
Ego sũ gabriel qui sto ante
deũ: et missus sũ loqui ad
te. et hec tibi euãgelizare. Et
ecce eris tacens et nõ poteris
loqui usq; in die quo hec fi
ant: pro eo qđ nõ credidisti
verbis meis que implebuntur
in tempore suo. Et erat plebs
expectans zachariã: et mira
bant' qđ tardaret ipe in tẽ
plo. Egressus autẽ: nõ pote
rat loqui ad illos. Et cogno
uerũt qđ visionẽ vidisset in
templo. Et ipẽ erat innuens
illis: et p̃mansit mutus. Et
factũ est ut impleti sũt dies
officij eius: abijt in domũ su
am. Post hos autẽ dies. con
cepit elizabeth uxor eius: et

occultabat se mēsibꝫ qͥnqꝫ di-
cens. Quia sic michi fecit do-
minus: in diebꝫ quibus res-
pexit auferre obprobriū meū
inter homīes. In mense autē
sexto missus est angelus ga-
briel a deo. in ciuitatē galilee
cui nomē nazareth. ad virgi-
nē desponsatā viro cui nomē
erat ioseph de domo dauid:
et nomē virginis maria. Et
ingressus angelus ad eā dix-
it. Aue gratia plena: dñs te-
cū: benedicta tu in mulieri-
bus. Que cū audisset. turba-
ta est in sermone eius: et co-
gitabat qualis esset ista sa-
lutatio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: īuenisti
enī gratiā apud deū. Ecce cō-
cipies in utero et paries filiū:
et uocabis nomē eius ihm̄.
Hic erit magnus: et filius al-
tissimi uocabitur. Et dabit
illi dñs deus sedē dauid pr̄is
eius: et regnabit in domo ia-
cob ineternū: et regni eius
nō erit finis. Dixit autē mari-
a ad angelū. Quomodo fiet
istud: qm̄ uirū nō cognosco.
Et respondēs angelus: dixit
ei. Sp̄us sc̄us superueniet in
te: et uirtus altissimi obū-
brabit tibi. Ideoqꝫ et qd̄ nas-
cetur sanctū: uocabitur fili-
us dei. Et ecce elizabeth cog-
nata tua: et ipsa cōcepit filiū
in senectute sua. Et hic men-
sis est sextus illi que uocatur
sterilis: quia nō erit impos-
sibile apud deū omne uerbū.
Dixit autē maria. Ecce ancilla
dñi. Fiat michi scd̄m uerbū
tuū. Et discessit ab illa an-
gelus. Exurgens autē maria
in diebꝫ illis: abiit in mon-
tana cū festinatione in ciui-
tatē iuda. Et intrauit in do-
mū zacharie: et salutauit
elizabeth. Et factū est ut au-
diuit salutationē marie eli-
zabeth: exultauit infans in
utero eius. Et repleta est sp̄u
sancto elizabeth: et exclama-
uit uoce magna et dixit.
Benedicta tu inter mulieres:
et bn̄dictus fructus uentris
tui. Et unde hoc michi: ut

veniat mater dñi mei ad
me? Ecce enim ut facta est vox
salutationis tue in aurib3
meis: exultavit in gaudio
infans in utero meo. Et bta
que credidit: qm pficient
ea que dicta sunt ei a dño. Et
ait maria. Magnificat ani
ma mea dnm. Et exultavit
sps meus: in deo salutari
meo. Quia respexit humili
tatē ancille sue: ecce enim ex
hoc beatam me dicent omēs
generationes. Quia fecit
michi magna qui potens
est: et sanctū nomē eius. Et
misericordia eius a pgenie in p
genies: timentib3 eū. Fecit po
tentiā in brachio suo: disp
sit supbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et
exaltavit humiles. Esurien
tes implevit bonis: et divi
tes dimisit inanes. Susce
pit isrl' puerū suū: memo
rari misericordie sue. Sicut
locutus est ad pr̄es nr̄os: a
brahā et semini eius in secula.
Mansit aut maria cū illa

quasi mensib3 tribus: et re
versa est in domū suā. Eli
zabeth aut impletum est
tempus pariendi: et peperit
filiū. Et audierūt vicini et
cognati eius. quia magni
ficavit dñs misericordiam suā
cū illa: et cōgratulabant'
ei. Et factū est in die octavo
venerūt circūcidere puerū:
et vocabāt eū nomine pris
sui zachariā. Et respondēs
mater eius dixit. Nequaq̄:
sed vocabitur iohānes. Et
dixerūt ad illā. Quia nemo
est in cognatione tua: qui
vocetur hoc nomine. Innue
bant autē patri eius: quē
vellet vocari eū. Et postu
P lans pugillarē: scrip
sit dicens. Iohānes est
nomen eius. Et mirati sunt
universi. Apertū est aut il
lico os eius et lingua eius: et
loquebat' bndicens deū. Et
factus est timor sup omēs
vicinos eorū: et sup omnia
montana iudee divulgabā
tur omnia verba hec. Et po

posuerūt omēs qui audierāt
in corde suo dicentes. Quid
putas puer iste erit? Et ma
nus dñi erat cū illo. Et za
charias pater eius implet[us]
est spiritu sancto: et ꝓphe
tauit dicens. Benedictus
dñs deus isrl': quia visitauit
et fecit redemptionē plebis
sue. Et erexit cornu salutis
nobis: in domo dauid pue
ri sui. Sicut locutus est per
os sanctorū: qui a seculo
sūt ꝓphetarū eius. Salutē
ex inimicis nr̄is: et de manu
omī qui oderūt nos. Ad fa
ciendā misericordiam cū pr̄ibus
nr̄is: et memorari testamē
ti sui sancti. Iusiurandū
quod iurauit ad abra
ham patrē nr̄m: daturū
se nobis. Ut sine timore
de manu inimicorū nr̄orū
liberati: seruiamus illi. In
sanctitate et iustitia coram
ipso: omnibus diebus nr̄is. Et
tu puer ꝓpheta altissimi
vocaberis: preibis enim ante
faciē dñi parare vias eius.

Ad dandā scientiā salutis
plebi eius: in remissionē
peccatorū eorū. Per viscera
misericordie dei nr̄i: in quibus
visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare hiis qui in tene
bris et in umbra mortis se
dent: ad dirigendos pedes
nr̄os in viā pacis. Puer aūt
crescebat et cōfortabatur
spū: et erat in desertis usq[ue]
in diē ostensionis sue ad isrl'.

[F]actū Capitulum ii.

est aūt in diebus
illis exiit edictū
a cesare augusto: ut descri
beret[ur] uniuersus orbis. Hec
descriptio prima: facta ē a p̄
side syrie cyrino. Et ibant
omēs: ut ꝓfiterent[ur] singuli
in suā ciuitatē. Ascendit
aūt et ioseph a galilea de
ciuitate nazareth in iudeā
ciuitatē dauid que vocatur
bethleem. eo q[uo]d esset de domo
et familia dauid: ut ꝓfitere
tur cū maria desponsata sibi
uxore pregnātē. Factum
est aūt cū essent ibi: implen

sūt dies ut pareret. Et pepe
rit filiū suū primogenitū.
Et pānis eū involuit. Et
reclinauit eū in p̄sepio: qui
a nō erat ei locus in diuer
sorio. Et pastores erant in
regione eadē vigilantes: et
custodientes vigilias noctis
supra gregē suū. Et ecce an
gelus dn̄i stetit iuxta illos:
et claritas dei circūfulsit il
los: et timuerūt timore mag
no. Et dixit illis angelus.
Nolite timere. Ecce eī euā
gelizo vobis gaudiū mag
nū quod erit omī populo:
quia nat' ē vob' hodie salua
tor qui est xp̄s dn̄s in ciuita
te dauid. Et hoc vobis sig
nū. Inuenietis infantē pā
nis inuolutū: et positū in
p̄sepio. Et subito facta est
cū angelo multitudo milicie
celestis: laudantiū deū et
dicentiū. Gloria in altissimis
deo: et in terra pax homīb3
bone voluntatis. Et factū ē
ut discesserūt ab eis angeli
in celū: pastores loquebān

tur ad inuicē. Transeamus us
q3 bethleem: et videamus
hoc verbū quod factū ē quod
dn̄s ostendit nobis. Et ve
nerūt festinantes: et inuene
rūt mariā et ioseph. et in
fantē positū in p̄sepio. Vi
dentes autē: cognouerūt de
verbo quod dictū erat illis
de puero hoc. Et omēs qui
audierūt mirati sūt: et de
hys que dicta erant a pasto
ribus ad ipos. Maria autē
cōseruabat omīa verba hec:
cōferens in corde suo. Et reu
si sūt pastores glorificātes
et laudātes deū. in omībus
que audierant et viderant:
sicut dictū est ad illos. Et
postq̄ consūmati sūt dies
octo ut circūcideret': vocatū
est nomē eius ihesus. Quod
vocatū est ab angelo: priusq̄
q̄ in utero cōciperet'. Et post
q̄ impleti sūt dies purgati
onis eius scd̄m legē moysi:
tulerūt illū i ierl'm ut sisterent
eū dn̄o sicut scriptū est in
lege dn̄i. Quia omē mascu

linū adaperiens vuluā: sctū
dño vocabit᷑. Et ut darent
sc̄dm quod dictū est in lege
dñi: par turturū aut duos
pullos colūbarū. Et ecce ho
mo erat in ihr̄lm: cui no
men symeon. Et homo iste
iustus et timoratus. expec
tans cōsolationē isrl̄: et spi
ritus sanctus erat in eo. Et
responsū acceperat a spiri
tu sancto: nō visurū se mor
tem nisi prius videret xp̄m
dñi. Et venit in spiritu in
templū. Et cū inducerent
puerū ihm̄ parentes eius ut
facerent sc̄dm cōsuetudinē
legis pro eo: et ipse accepit
eū in ulnas suas. et bñdix
it deū et dixit. Nūc dimittis
seruū tuū dñe sc̄dm verbū
tuū in pace: quia viderunt
oculi mei salutare tuū: qd̄
parasti ante faciē oīm po
pulorū. Lumen ad reuelati
onē gentiū: et gloriā plebis
tue isrl̄. Et erat pater eius
et mater mirantes sup hiis
que dicebant᷑ de illo. Et bñ
dixit illis symeon: et dixit
ad mariā matrē eius. Ecce
positus est hic in ruinā et
resurrectionē multorū in
isrl̄: et in signū cui cōtradi
cetur. Et tuā ipsius aīam
pertransibit gladius: ut reue
lentur ex multis cordibus
cogitationes. Et erat anna
ꝓphetissa filia phanuel de tri
bu aser. Hec processerat in di
ebus multis: et vixerat cū
viro suo ānis septē a vir
ginitate sua. Et hec vidua
usq; ad ānos octogintaq̄tu
or: que nō discedebat de tem
plo ieiunijs et obsecrationi
bus seruiens nocte ac die.
Et hec ipsa hora superueniēs
cōfitebatur dño: et loque
batur de illo omībus qui
expectabāt redēptionē ihr̄lm.
Et ut pfecerūt omīa sc̄dm
legē dñi: reuersi sūt in gali
leā in ciuitatē suā nazareth.
Puer autē crescebat et cōfor
tabatur plenus sapientia:
et gracia dei erat in illo. Et
ibant parentes eius per om

nes annos in ihrlm: in die
sollempni pasche. Et cum factus
esset annorum duodecim. ascen
dentibus illis iherosolimam
secundum consuetudinem diei fes
ti: consummatisque diebus cum
redirent: remansit puer ihesus
in iherusalem. et non cognoverunt
parentes eius. Existimantes
autem illum esse in comitatu:
venerunt iter diei. et require
bant eum inter cognatos et
notos. Et non invenientes: re
gressi sunt in iherusalem requiren
tes eum. Et factum est post tridu
um: invenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum
audientem illos et interrogan
tem eos. Stupebant autem
omnes qui eum audiebant: su
per prudentia et responsis eius.
Et videntes admirati sunt.
Et dixit mater eius ad il
lum. fili quid fecisti nobis sic?
Ecce pater tuus et ego dolentes quereba
mus te. Et ait ad illos. Quid est
quod me querebatis? Nescieba
tis quia in hiis que pa
tris mei sunt oportet me
esse? Et ipsi non intellexerunt
verbum quod locutus est ad
illos. Et descendit cum eis. et
venit nazareth: et erat sub
ditus illis. Et mater eius
conservabat omnia verba
hec: in corde suo. Et ihesus pro
ficiebat sapientia et etate et gra
tia: apud deum et homines.

Anno Capitulum iii.
autem quintodecimo
imperii tiberii ce
saris, procurante poncio py
lato iudeam. tetrarcha autem
galilee herode. philippo au
tem fratre eius tetrarcha ytu
ree et traconitidis regionis.
et lisania abiline tetrarcha.
sub principibus sacerdotum an
na et caypha: factum est ver
bum domini super iohannem zacha
rie filium in deserto. Et venit
in omnem regionem iordanis
predicans baptismum penitenci
e in remissionem peccatorum:
sicut scriptum est in libro sermo
num ysaie prophete. Vox claman
tis in deserto: parate viam
domini: rectas facite semitas eius.

Omnis vallis implebitur: et
omnis mons et collis humi
liabitur. Et erunt prava in
directa: et aspera in vias
planas. Et videbit omnis
caro salutare dei. Dicebat
ergo ad turbas: que exibant
ut baptizarentur ab ipso. Ge
nimina viperarum: quis osten
dit vobis fugere a ventura
ira? Facite ergo fructus dig
nos penitencie: et ne ceperitis
dicere patrem habemus abra
ham. Dico enim vobis: quia
potens est deus de lapidibus
istis suscitare filios abrahe.
Iam enim securis ad radicem
arborum posita est. Omnis
enim arbor non faciens fructum
bonum: exciditur et in ignem
mittetur. Et interrogabant
eum turbe dicentes. Quid ergo
faciemus? Respondens autem
dicebat illis. Qui habet du
as tunicas: det non habenti.
Et qui habet escas: similiter
faciat. Venerunt autem et pub
licani ut baptizarentur: et
dixerunt ad illum. Magister
quid faciemus? At ille dix
it ad eos. Nichil amplius
quam quod constitutum est vobis
faciatis. Interrogabant autem
eum et milites dicentes. Quid
faciemus et nos? Et ait illis.
Neminem concutiatis neque ca
lumpniam faciatis: et contenti
estote stipendiis vestris. Exi
stimante autem populo et cogitan
tibus omnibus in cordibus
suis de iohanne ne forte ipse
esset christus: respondit iohan
nes dicens omnibus. Ego
quidem aqua baptizo vos:
veniet autem fortior me. cuius
non sum dignus solvere cor
rigiam calciamentorum eius.
Ipse vos baptizabit in spi
ritu sancto et igni. Cuius
ventilabrum in manu eius:
et purgabit aream suam. Et
congregabit triticum in horre
um suum: paleas autem combu
ret igni inextinguibili. Mul
ta quidem et alia exhortans
evangelizabat populo. He
rodes autem tetrarcha cum
corriperetur ab illo de hero

diade uxore fratris sui et de
omnibus malis que fecit he
rodes: adiecit et hoc super om
nia et inclusit iohannem
in carcere. Factum est autem
cum baptizaretur omnis po
pulus. et ihesu baptizato et
orante apertum est celum: et
descendit spiritus sanctus corporali
specie sicut columba in ipsum. Et vox
de celo facta est. Tu es filius
meus dilectus: in te compla
cui michi. Et ipse ihesus
erat incipiens quasi anno
rum triginta: ut putabatur
filius ioseph. Qui fuit hely.
Qui fuit mathat. Qui fu
it leui. Qui fuit melchi. Qui
fuit ianne. Qui fuit ioseph.
Qui fuit mathathie. Qui
fuit amos. Qui fuit naum
Qui fuit esli. Qui fuit nag
ge. Qui fuit maath. Qui
fuit mathathie. Qui fuit
semei. Qui fuit ioseph. Qui
fuit iudam. Qui fuit iohan
na. Qui fuit resa. Qui fu
it zorobabel. Qui fuit sa
lathiel. Qui fuit neri. Qui
fuit melchi. Qui fuit addi.
Qui fuit chosam. Qui fuit
elmadam. Qui fuit her. Qui
fuit ihesu. Qui fuit eliezer
Qui fuit iorim. Qui fuit
mathat. Qui fuit leui. Qui
fuit symeon. Qui fuit iudam.
Qui fuit ioseph. Qui fuit
ionam. Qui fuit eliachim.
Qui fuit melea. Qui fuit
menna. Qui fuit mathatam
Qui fuit nathan. Qui fu
it dauid. Qui fuit yesse. Qui
fuit obeth. Qui fuit booz.
Qui fuit salmon. Qui fuit
naason. Qui fuit amina
dab. Qui fuit aram. Qui
fuit esrom. Qui fuit pha
res. Qui fuit iude. Qui fuit
iacob. Qui fuit ysaac. Qui
fuit abrahe. Qui fuit tha
re. Qui fuit nachor. Qui
fuit sarug. Qui fuit ragau.
Qui fuit phaleg. Qui fuit
heber. Qui fuit sale. Qui
fuit caynan. Qui fuit ar
phaxat. Qui fuit sem. Qui
fuit noe. Qui fuit lamech.
Qui fuit matusale. Qui fu

in enoch. Qui fuit iareth. Q̃
fuit malalehel. Qui fuit ca
ynan. Qui fuit enos. Qui
fuit seth. Qui fuit adã. Q̃
fuit dei. Capitulũ quartũ.

Ihesus autẽ plenus
spiritu sancto: regres
sus est ab iordane.
Et agebatur a spiritu in de
serto diebȝ q̃draginta: et
temptabatur a dyabolo.
Et nichil mãducauit in
diebus illis: et consumatis
illis esuriit. Dixit autẽ illi
dyabolus. Si filius dei es:
dic lapidi huic ut panis
fiat. Et respondit ad illũ
ihesus. Scriptũ est: quia nõ
in pane solo viuit homo.
sed in omni verbo dei. Et dux
it illũ dyabolus. et ostendit
illi omnia regna orbis terre
in momento temporis: et ait
illi. Tibi dabo potestatẽ hãc
vniuersã et gloriã illorũ:
quia michi tradita sunt: et
cui volo do illa. Tu ergo si
adoraueris corã me: erũt tua
omnia. Et respondens ihesus:
dixit illi. Scriptũ est. Dñm
deũ tuũ adorabis: et illi so
li seruies. Et duxit illũ in
ihrlm et statuit eũ supra
pinnaculũ templi: et dixit
illi. Si filius dei es: mitte te
hinc deorsũ. Scriptũ est enĩ
q̃d angelis suis mandauit
de te ut cõseruent te: et quia
in manibus tollant te. ne
forte offendas ad lapidẽ pe
dem tuũ. Et respondens ihs:
ait illi. Dictũ est. Non tẽp
tabis dñm deũ tuũ. Et con
summata omni temptatione: dy
abolus recessit ab illo usq;
ad tempus. Et regressus
est ihesus in virtute spiritus
in galileã: et fama exiit p
vniuersã regionẽ de illo. Et
ipse docebat in synagogis
eorũ: et magnificabatur ab
omnibus. Et venit naza
reth ubi erat nutritus: et
intrauit sedm̃ cõsuetudinẽ
suã die sabbati in synago
gã: et surrexit legere. Et tra
ditus est illi liber ysaie pro
phete. Et ut reuoluit librũ:

inuenit locū ubi scriptū erat.
Spūs dñi sup me, ppter qđ
unxit me: euāgelizare pau
perib; misit me. Sanare
cōtritos corde: pdicare capti
uis remissionē. cecis uisum.
Dimittere cōfractos in remis
sionē: pdicare annū dñi
acceptū. et diem retribucio
nis. Et cū plicasset librū:
reddidit ministro et sedit. Et
oīm in synagoga oculi erāt
intendētes in eū. Cepit autē
dicere ad illos: quia hodie
impleta est hec scriptura in
aurib; uřis. Et omēs testi
moniū illi dabant: et mi
rabant in uerbis gracie q̄
pcedebant de ore ipsius: et di
cebant. Nōne hic est filius
ioseph? Et ait illis. Utiq;
dicetis michi hanc similitu
dinē. Medice cura teipm.
Quanta audiuim' facta in
capharnaū: fac et hic in
patria tua. Ait aūt. Amē
dico uobis: quia nemo pro
pheta acceptus est in patri
a sua. In ueritate dico

uobis: multe uidue erant
in dieb; helye in isrł' quādo
clausū est celū annis tribus
et mensib; sex. cū facta esset
fames magna in omī terra:
et ad nullā illarū missus
est helyas. nisi in sarepta
sydonie ad mulierē uiduā.
Et multi leprosi erāt in is
rael sub helyseo ppheta: et
nemo eorū mūdatus est. ni
si naaman syrus. Et reple
ti sūt omēs in synagoga
ira: hec audientes. Et surrex
erūt et eiecerūt illū ex̄ ciuita
tem: et duxerūt illū usq;
ad supciliū montis supra
quē ciuitas illorū erat edi
ficata. ut pcipitarent eū.
Ipse aūt transiens: per me
diū illorū ibat. Et descē
dit in capharnaū ciuita
tem galilee: ibiq; docebat
illos sabbatis. Et stupe
bant in doctrina eius: qa
in potestate erat sermo ip
sius. Et in synagoga e
rat homo habens demoni
um inmundū: et exclama

uit voce magna dicens. Si
ne: quid nobis et tibi ihu
nazarene? Venisti pdere nos?
Scio te qui sis sanctus dei.
Et increpauit illu ihesus di
cens. Obmutesce: et exi ab
illo. Et cu proiecisset illu de
monium in mediu exijt ab
illo: nichilqz illu nocuit.
Et factus est pauor in om
nibus: et colloqbantur ad i
nuice dicentes. Quid est hoc
verbu? quia in potestate
et virtute impat immudis
spiritibz et exeunt? Et diuul
gabatur fama de illo in
omne locu regionis. Sur
gens aute de synagoga: in
troiuit in domu symonis
Socrus aute symonis tene
batur magnis febribus:
et rogauerut illu pro ea. Et
stans sup illa impauit fe
bri: et dimisit illa. Et con
tinuo surgens: ministrabat
illis. Cu sol aut occidisset:
omes qui habebat infir
mos varijs languoribus.
ducebat illos ad eu. At ille
singulis manus imponens:
curabat eos. Exibant
aut demonia a multis cla
mantia et dicentia: quia
tu es filius dei. Et increpans
no sinebat ea loqui: quia
sciebant ipm esse xpistu.
Facta aut die: egressus
ibat in desertu locu: et tur
be requirebat eu. Et vene
runt usqz ad ipm: et detine
bant illu ne discederet ab
eis. Quibus ille ait. Quia
et alijs ciuitatibz oportet
me euangelizare regnu dei:
quia ideo missus su. Et e
rat pdicans in synagogis
galilee. Capitulu quintu
Factu est aute cu
turbe irruerent in
eu. ut audirent
verbu dei: et ipe stabat se
cus stagnu genezareth. Et
vidit duas naues stantes
secus stagnu: piscatores
aut descenderat et lauabat
retia. Ascendes aut in vna
naue que erat symonis: ro
gauit eu a terra reducere

pusillum. Et sedens docebat
de navicula turbas. Ut
cessavit autem loqui: dixit ad
symonem. Duc in altum: et laxa
te retia vestra in capturam. Et
respondens symon: dixit illi.
Preceptor per totam noctem labo
rantes nichil cepimus: in ver
bo autem tuo laxabo rete. Et
cum hoc fecissent: concluserunt
piscium multitudinem copio
sam. Rumpebatur autem rete
eorum: et annuerunt sociis qui
erant in alia navi. ut veni
rent et adiuvarent eos. Et
venerunt et impleverunt am
bas naviculas: ita ut merge
rentur. Quod cum videret
symon petrus: procidit ad
genua ihesu dicens. Exi a me:
quia homo peccator sum domine.
Stupor enim circumdederat eum:
et omnes qui cum illo erant in
captura piscium quam ceperant.
Similiter autem iacobum et io
hannem filios zebedei: qui e
rant socii symonis. Et a
it ad symonem ihesus. Noli
timere: ex hoc iam homines
eris capiens. Et subductis
ad terram navibus: relictis o
mnibus secuti sunt illum. Et
factum est cum esset in una civi
tatum: et ecce vir plenus lepra.
et videns ihesum et procidens in
faciem rogavit eum dicens. Do
mine si vis potes me munda
re. Et extendens manum: teti
git illum dicens. Volo: Mun
dare. Et confestim lepra dis
cessit ab illo. Et ipse precepit
illi ut nemini diceret: sed va
de ostende te sacerdoti: et offer
pro emundatione tua sicut
precepit moyses in testimonium
illis. Perambulabat autem
magis sermo de illo: et con
veniebant turbe multe ut
audirent. et curarentur ab in
firmitatibus suis. Ipse autem
secedebat in desertum: et orabat.
Et factum est in una dierum:
et ipse sedebat docens. Et erant
pharisei sedentes et legisdoc
tores qui venerant ex omni ca
stello galilee et iudee et ierusalem:
et virtus erat domini ad sanan
dum eos. Et ecce viri portan

tes in lecto hominē qui erat
paraliticus: et querebant
eū inferre et ponere ante eū.
Et nō inuenientes qua par
te illū inferrent pre turba:
ascenderūt sup̄ tectū. et per
tegulas submiserūt illū cū
lecto in mediū ante ihm. Q̄
rū fidē ut vidit: dixit. Ho
mo: remittūtur tibi pctā
tua. Et ceperūt cogitare scri
be et pharisei dicētes. Quis
est hic qui loquitur blasphe
mias? Quis potest dimit
tere pctā: nisi solus deus?
Ut cognouit autē ihc cogi
tationes eorū: respondēs dix
it ad illos. Quid cogitatis
in cordibus vris? Quid est fa
cilius dicere. dimittūtur ti
bi pctā: an dicere surge et
ambula? Ut autē sciatis q̄a
filius hominis potestatē ha
bet in terra dimittere pctā:
ait paralitico. Tibi dico sur
ge. Tolle lectū tuū: et vade
in domū tuā. Et cōfestim
surgens corā illis: tulit lec
tū in quo iacebat. et abiit
in domū suā magnificās
deū. Et stupor apphendit
omēs: et magnificabant
deū. Et repleti sūt timore
dicentes: quia vidimus
mirabilia hodie. Et post
hec exiit. et vidit publica
nū nomine leui sedentē ad
theloneū: et ait illi. Sequere
me. Et relictis omnibus: sur
gens secutus est eū. Et
fecit ei cōuiuiū magnū le
ui in domo sua. Et erat tur
ba multa publicanorū et alio
rū q̄ cū illis erant discumben
tes. et murmurabāt pha
risei et scribe eorū: dicentes
ad discipulos eius. Quare
cū publicanis et peccatori
bus manducatis et bibitis?
Et respōdens ihc: dixit
ad illos. Non egent qui
sani sūt medico: sed qui
male habent. Nō veni
vocare iustos: sed pctōres
in penitentiā. At illi dixe
runt ad eū. Quare discipu
li iohānis ieiunāt frequē
ter et obsecrationes faciūt.

similit et phariseorū: tu
aūt edūt et bibūt? Quib;
ipē ait. Nūquid potestis
filios sponsi dū cū illis est
sponsus facere ieiunare? Ve
nient aūt dies et cū ablat
fuerit ab illis sponsus: tūc
ieiunabūt in illis dieb;. Di
cebat aūt et similitudinem
ad illos. Quia nemo cōmis
surā a vestimēto novo immit
tit in vestimentū vetus. Ali
oquī et novū rūpit: et vete
ri nō cōvenit cōmissura a
novo. Et nēo mittit vinū
novū in utres veteres. Alioqu
rūpet vinū novū utres: et
ipm̄ effundet. et utres peri
būt. Sed vinū novū in u
tres novos mittendū est: et
utraq; cōservātur. Et nēo
bibens vetus: statī vult
novū. Dicit enī: vetus me
lius est. Caplm
Factū est autē vi.
in sabbato secū
do primo cū transiret per
sata: vellebāt discipuli ei
spicas et mādūcabāt. con

fricātes manib;. Quidā aūt
phariseorū. dicebant illis.
Quid facitis quod nō licet
in sabbatis? Et respōdens
ihs ad eos dixit. Nec hoc
legistis quod fecit david cū
esurisset ipē et qui cū eo erant?
quomodo intravit in domū
dei et panes ꝓpositionis sup
sit et mādūcavit. et dedit
his qui cū ipō erant? quos
nō licebat manducare nisi
tantū sacerdotib;? Et dice
bat illis: quia dn̄s est filius
hominis etiā sabbati. Fac
tū est aūt et in alio sabba
to: ut intraret in synago
gā et doceret. Et erat ibi ho
mo: et manus eius dextera
erat arida. Observabāt aūt
scribe et pharisei si in sab
bato curaret: ut invenirent
unde accusarēt illū. Ipē vero
sciebat cogitationes eorū.
Et ait homini qui habebat
manū aridā. Surge et sta
in mediū. Et surgens stetit.
Ait aūt ad illos ihs. Inter
rogo vos si licet sabbato

benefacere an male: animam
saluam facere an perdere? Et cir
cumspectis omnibus: dixit ho
mini. Extende manum tuam. Et
extendit. Et restituta est ma
nus eius. Ipsi autem repleti
sunt insipientia: et colloquebant
ur adinuicem quidnam face
rent ihesu. Factum est autem
in illis diebus. exiit in mon
tem orare: et erat pernoctans
in oratione dei. Et cum dies
factus esset. uocauit disci
pulos suos: et elegit duode
cim ex ipsis quos et apostolos
nominauit. Symonem quem
cognominauit petrum. et an
dream fratrem eius: iacobum et
iohannem. philippum et bar
tholomeum. matheum et tho
mam. iacobum alphei. et symo
nem qui uocatur zelotes:
iudam iacobi. et iudam scarioth
qui fuit proditor. Et descen
dens cum illis. stetit in loco cam
pestri. et turba discipulorum
eius: et multitudo copiosa
plebis ab omni iudea et ihe
rusalem et maritima et tyri

et sydonis: qui uenerant ut
audirent eum. et sanarentur a
languoribus suis. Et qui uex
abantur ab spiritibus immun
dis: curabantur. Et omnis tur
ba querebat eum tangere: quia
uirtus de illo exibat. et sa
nabat omnes. Et ipse ele
uatis oculis in discipulos
suos. dicebat. Beati pauperes:
quia uestrum est regnum dei. Be
ati qui nunc esuritis: quia
saturabimini. Beati qui
nunc fletis: quia ridebitis.
Beati eritis cum uos oderint
homines. et cum separauerint
uos et exprobrauerint. et ei
ecerint nomen uestrum tamquam
malum: propter filium hominis.
Gaudete in illa die et exul
tate: ecce enim merces uestra mul
ta est in celo. Secundum hec enim
faciebant prophetis patres eorum.
Verumtamen ue uobis
diuitibus: qui habetis conso
lationem uestram. Ve uobis qui
saturati estis: quia esurietis.
Ve uobis qui ridetis nunc:
quia lugebitis et flebitis.

Ve eam bene vobis dixerint omnes homines. Secundum hec faciebant prophetis patres eorum. Sed vobis dico qui audistis. Diligite inimicos vestros: benefacite hiis qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis: orate pro calumpniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam: prebe et alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum: etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue: et qui aufert que tua sunt ne repetas. Et prout vultis ut faciant vobis homines: et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis hiis qui vobis benefaciunt: que vobis est gratia? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis hiis a quibus speratis recipere: que vobis est gratia? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur: ut recipiant equalia.

Verumptamen diligite inimicos vestros et benefacite: et mutuum date nichil inde sperantes. Et erit merces vestra multa: et eritis filii altissimi: quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condempnare: et non condempnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo est non consideras?

Aut quomodo potes dicere
fratri tuo. frater sine eiciam
festucā de oculo tuo: ipse in
oculo tuo trabē non vides?
Ypocrita eice primū trabem
de oculo tuo: et tunc pspicies
ut educas festucā de oculo fr̄
tris tui. Non est aūt arbor
bona que facit fructus ma
los: neqꝫ arbor mala facies
fructū bonū. Unaqueqꝫ aūt
arbor: de fructu suo cognos
citur. Neqꝫ aūt de spinis
colligūt ficus: neqꝫ de rubo
vindemiāt uuā. Bonus
homo de bono thesauro cor
dis sui pfert bonū: et malus
homo de malo thesauro pro
fert malū. Ex habūdantia
aūt cordis os loquit. Quid
aūt vocatis me dn̄e dn̄e: et nō
facitis que dico? Omnis q
venit ad me et audit sermo
nes meos et facit eos: osten
dā vobis cui similis sit. Si
milis est homī edificanti
domū: qui fodit in altum.
et posuit fūdamenta sup
petrā. Inundatione autē
facta. illisū est flumen do
mui illi. et nō potuit eam
movere: fundata aūt erat
supra petrā. Qui autē au
dit et nō facit: similis est ho
mini edificanti domū suā
supra terrā sine fundamento.
In quā illisus est fluuius:
et cōtinuo cecidit: et facta
est ruina domus illius mag
na. Capitulum vii.

Cum aūt implesset omnia verba
sua in aures plebis: intra
uit capharnaū. Centurio
nis aūt cuiusdā servus ma
le habens erat moriturus:
qui illi erat pciosus. Et cū
audisset de ihū: misit ad il
lū seniores iudeorū. rogans
eū ut veniret et saluaret ser
uū eius. At illi cū venissēt
ad ihm: rogabant eū sollici
te dicentes ei. quia dignus
est ut hoc illi prestes. Dili
git eū gentē nrām: et syna
gogā ipse edificauit nobis.
Ihūs aūt ibat cū illis. Et
cū iam nō longe esset a do

mo: misit ad eū centurio
amicos dicens. Dñe noli
vexari. Non eñ dignus sū
ut sub tectū meū intres: ꝓp
ter quod et meipm̄ non sū
dignū arbitratus ut veni
rem ad te: sed dic verbo et
sanabitur puer meus. Nam
et ego homo sū sub potesta
te cōstitutus: habens sub
me milites. Et dico huic va
de et vadit: et alio veni et
venit: et servo meo fac hoc
et facit. Quo audito ihūs
miratus est: et cōversus se
quentibz se turbis dixit. A
men dico vobis: nec in isrl̄
tantā fidē inveni. Et reversi
qui missi fuerant domū: inve
nerūt servū qui languerat
sanū. Et factū est deinceps.
ibat in civitatē que vocatur
naym: et ibant cū illo dis
cipuli eius et turba copio
sa. Cū autē appropinquaret
porte civitatis: ecce defunc
tus efferebatur filius unicus
matris sue. Et hec vidua
erat: et turba civitatis multa

cū illa. Quā cū vidisset
dñs: misericordia motus
sup eam dixit illi. Noli fle
re. Et accessit: et tetigit lo
culū. Hij autē qui portabant
steterūt. Et ait. Adolescens
tibi dico surge. Et resedit
qui erat mortuus: et cepit
loqui. Et dedit illū matri
sue. Accepit autē omnes ti
mor: et magnificabant deū
dicentes. Quia ꝓpheta ma
gnus surrexit in nobis: et
quia deus visitavit plebē
suā. Et exiit hic sermo
in universā iudeā de eo: et
omnē circa regionē. Et re
nūciaverūt iohāni disci
puli eius de omnibz his.
Et cōvocavit duos de dis
cipulis suis iohānes: et mi
sit ad ihm̄ dicens. Tu es qui
venturus es an aliū expec
tamus? Cū aūt venisset ad
eū viri: dixerūt. Iohānes
baptista misit nos ad te
dicens. Tu es qui venturus
es. an aliū expectamus?
In ipsa autē hora curavit

multos a languoribus et plagis et spiritibus malis: et cecis multis donavit visum. Et respondens dixit illis. Euntes renuntiate iohanni que vidistis et audistis: quia ceci vident. claudi ambulant. leprosi mundantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes evangelizantur. Et beatus est: quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii iohannis: cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertum videre? Harundinem vento moveri? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste preciosa sunt et deliciis: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utique dico vobis: et plus quam prophetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis: maior inter natos mulierum propheta iohanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei: maior est illo. Et omnis populus audiens et publicani iustificaverunt deum: baptizati baptismo iohannis. Pharisei autem et legisperiti consilium dei spreverunt in semetipsos non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam homines generationis huius: et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro: et loquentibus adinvicem et dicentibus. Cantavimus vobis tibiis: et non saltastis: lamentavimus et non plorastis. Venit enim iohannes baptista neque manducans panem neque bibens vinum: et dicitis demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens: et dicitis. Ecce homo devorator et bibens vinum: amicus publicanorum et peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Ro

gabat autem illum quidam de
phariseis: ut manducaret
cum illo. Et ingressus domum
pharisei: discubuit. Et ecce
mulier que erat in civitate
peccatrix. ut cognovit quod
accubuisset in domo phari
sei: attulit alabastrum un
guenti. et stans retro secus pe
des eius lacrimis cepit riga
re pedes eius: et capillis ca
pitis sui tergebat. Et oscu
labatur pedes eius: et un
guento ungebat. Videns autem
phariseus qui vocaverat
eum: ait intra se dicens. Hic
si esset propheta: sciret utique
que et qualis mulier esset
que tangit eum: quia peccatrix
est. Et respondens ihesus: dixit
ad illum. Symon habeo tibi
aliquid dicere. At ille ait. Ma
gister dic. Duo debitores e
rant cuidam feneratori. Unus
debebat denarios quingentos:
et alius quinquaginta. Non
habentibus illis unde redde
rent: donavit utrisque. Quis
ergo eum plus diligit? Res
pondens symon dixit. Estimo quod
is cui plus donavit. At ille
dixit ei. Recte iudicasti. Et con
versus ad mulierem: dixit sy
moni. Vides hanc mulierem?
Intravi in domum tuam: aquam
pedibus meis non dedisti. Hec
autem lacrimis rigavit pedes
meos: et capillis suis tersit.
Osculum michi non dedisti. Hec
autem ex quo intravit: non ces
savit osculari pedes meos.
Oleo caput meum non unxisti.
Hec autem unguento unxit pe
des meos. Propter quod dico
tibi. Remittuntur ei peccata mul
ta: quoniam dilexit multum. Cui
autem minus dimittitur: minus
diligit. Dixit autem ad illam.
Remittuntur tibi peccata. Et ce
perunt qui simul accubebant
dicere intra se. Quis est hic
qui etiam peccata dimittit? Dix
it autem ad mulierem. Fides tua
te salvam fecit: vade in pace.

¶ Capitulum viij.

Et factum est deinceps.
et ipse iter faciebat
per civitates et castella pre

dicans et euãgelizans regnũ
dei: et duodecĩ cũ illo. et mu
lieres alique que erãt cura
te a spiritib; malignis et ĩ
firmitatib;. Maria que vo
catur magdalene de qua
demonia septẽ exierãt: et io
hanna uxor cuze procuratoris
herodis: et susanna et alie
multe que ministrabant ei de
facultatib; suis. Cũ aũt tur
ba plurima cõuenirent et de
ciuitatib; properarent ad eũ:
dixit per similitudinẽ. Exi
it qui seminat seminare se
men suũ. Et dũ seminat. a
liud cecidit secus viã et cõ
culcatũ est: et volucres celi
comederũt illud. Et aliud
cecidit supra petrã: et na
tũ aruit. quia nõ habebat
humorẽ. Et aliud cecidit
inter spinas: et simul exor
te spine suffocauerũt illud.
Et aliud cecidit in terram
bonã: et ortũ fecit fructũ
centuplũ. Hec dicens cla
mabat. Qui habet aures
audiendi audiat. Interro
gabant autẽ eũ discipuli
eius: que esset hec parabola.
Quibus ipse dixit. Vobis
datũ est nosse misteriũ reg
ni dei: ceteris autẽ in pa
rabolis: ut videntes nõ vide
ant. et audientes nõ intelli
gant. Est autẽ hec para
bola. Semen est verbũ dei.
Qui autẽ secus viã: hij sũt
qui audiũt. Deinde venit
dyabolus et tollit verbũ
de corde eorũ: ne credẽtes sal
ui fiant. Nã qui supra pe
trã: qui cũ audierint cum
gaudio suscipiũt verbũ. Et
hij radices nõ habent: quia
ad tempus credũt. et in tẽ
pore temptationis recedunt.
Quod autẽ in spinis cecidit:
hij sũt qui audierũt et a
sollicitudinib; et diuitijs
et voluptatib; vite euntes
suffocant. et nõ referũt fruc
tũ. Quod autẽ in bonã ter
rã: hij sũt qui in corde bo
no et optimo audientes ver
bum retinẽt. et fructũ affe
runt in patientia. Nemo

autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed super candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur et in palam veniat. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet dabitur illi: et quicumque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater et fratres eius: et non poterant adire eum pre turba. Et nuntiatum est illi. Mater tua et fratres tui stant foris volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea et fratres mei: hii sunt qui verbum dei audiunt et faciunt. Factum est autem in una dierum: et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Navigantibus autem illis: obdormivit. Et descendit procella venti in stagnum: et complebantur et periclitabantur. Accedentes autem: suscitaverunt eum dicentes. Preceptor perimus. At ille surgens increpavit ventum et tempestatem aque. et cessavit: et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt: dicentes ad invicem. Quis putas hic est? Quia et ventis imperat et mari: et obediunt ei. Et navigaverunt autem ad regionem gerasenorum: que est contra galileam. Et cum egressus esset ad terram: occurrit illi vir quidam qui habebat demonium iam temporibus multis: et vestimento non induebatur: neque in domo manebat. sed in monumentis. Is ut vidit ihesum procidit ante illum: et exclamans voce magna dixit. Quid michi et tibi est ihesu fili dei altissimi? Obsecro te: ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo: ut exiret ab homine.

Multis enim temporibus arripi
ebat illum: et vinciebatur cathe
nis et compedibus custoditus:
et ruptis vinculis agebatur
a demonio in deserta. Interro
gavit autem illum ihesus dicens.
Quod tibi nomen est? At ille
dixit. legio. Quia intrave
rant demonia multa in eum.
Et rogabant illum: ne impe
raret illis ut in abissum irent.
Erat autem ibi grex porcorum
multorum pascentium in mon
te. Et rogabant eum: ut per
mitteret eis in illos ingredi.
Et permisit illis. Exierunt er
go demonia ab homine. et
intraverunt in porcos: et im
petu abiit grex per preceps
in stagnum. et suffocatus est.
Quod ut viderunt factum qui
pascebant: fugerunt et nuncia
verunt in civitatem et in villas.
Exierunt autem videre quod
factum est: et venerunt ad ihe
sum. Et invenerunt hominem se
dentem a quo demonia exierant
vestitum ac sana mente ad
pedes eius: et timuerunt. Nu
nciaverunt autem illis et qui vi
derant: quomodo sanus
factus esset a legione. Et ro
gaverunt illum omnis multi
tudo regionis gerasenorum
ut discederet ab ipsis: quia
timore magno tenebantur.
Ipse autem ascendens navem:
reversus est. Et rogabat il
lum vir a quo demonia exie
rant: ut cum eo esset. Dimisit
autem eum ihesus dicens. Redi do
mum tuam: et narra quanta tibi
fecerit deus. Et abiit per uni
versam civitatem: predicans quan
ta illi fecisset ihesus. Factum
est autem cum redisset ihesus: ex
cepit illum turba. Erant enim
omnes expectantes eum. Et ecce
venit vir cui nomen iayrus.
et ipse princeps synagoge
erat: et cecidit ad pedes ihesu.
rogans eum ut intraret in do
mum eius: quia filia unica
erat illi fere annorum duodecim.
et hec moriebatur. Et contigit
dum iret a turbis comprimeba
tur. Et mulier quedam erat in
fluxu sanguinis ab annis duo

orbam: que in medicos ero
gauerat omnē substanciā
suā: nec ab ullo potuit cu
rari. Accessit retro. et tetigit
fimbriā vestimenti eius: et
cōfestim stetit fluxus sangui
nis eius. Et ait ihesus. Quis
me tetigit? Negantibus autē
omnibus: dixit petrus et qui
cū illo erant. Preceptor tur
be te cōprimunt et affligunt:
et dicis quis me tetigit? Et
dixit ihesus. Tetigit me aliqs.
Nam et ego novi virtutem
de me exisse. Videns autē mu
lier quia nō latuit: tremēs
venit et procidit ante pedes il
lius: et ob quā causā tetige
rit eū indicavit corā omni
p̄plo. et quēadmodū confes
tim sanata sit. At ipse dix
it illi. Filia fides tua te sal
vā fecit: vade in pace. Ad
huc illo loquēte: venit q̄
dam ad principē synagoge
dicens ei. Quia mortua est
filia tua: noli vexare illū.
Ihesus aūt audito hoc v̄bo: res
pondit patri puelle. Noli

timere. crede tantū. et salua
erit. Et cū venisset ad domū:
nō permisit intrare secū quē
q̄ nisi petrū et iacobū et io
hannē. et patrē et matrem
puelle. Flebant autē omnes.
et plangebāt illā. At ille
dixit. Nolite flere. Nō est
mortua puella: sed dormit.
Et deridebāt eū: scientes q̄d
mortua esset. Ipse autē te
nens manū eius: clama
uit dicens. Puella surge.
Et reuersus est spiritus eius:
et surrexit cōtinuo: et iussit
illi dari manducare. Et
stupuerūt parentes eius.
Quibus precepit: ne alicui
dicerent quod factū erat.

C onuo Caplm ix.
catis aūt duode
cim apostolis:
dedit illis virtutē et potes
tatē sup omnia demonia.
et ut languores curarent.
Et misit illos p̄dicare reg
nū dei: et sanare infirmos.
Et ait ad illos. Nichil
tuleritis in via: neque vir

gam neque peram neque panem neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraveritis: ibi manete. et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de civitate illa etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella: evangelizantes et curantes ubique. Audivit autem herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo: et hesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia iohannes surrexit a mortuis: a quibusdam vero quia helyas apparuit: ab aliis autem. quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Johannem ego decollavi. Quis autem est iste de quo audio talia? Et querebat videre eum. Et reversi apostoli: narraverunt illi quecumque fecerunt. Et assumptis illis: secessit seorsum in locum desertum. qui est bethsaide. Quod cum cognovissent turbe: secute sunt illum. Et excepit illos: et loquebatur illis de regno dei: et eos qui cura indigebant sanabat. Dies autem ceperat declinare. Et accedentes duodecim: dixerunt illi. Dimitte turbas. ut euntes in castella villasque que circa sunt divertant. et inveniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plus quam quinque panes et duo pisces: nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per convivia quinquagenos. Et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus. respexit in celum et benedixit illis et fregit: et distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas. Et manducaverunt omnes: et saturati sunt. Et

sublatū est quod superfuit
illis fragmentorū cophini
duodecī. Et factū est cū
solus esset orans: erant cū
illo et discipuli. Et interroga
uit illos dicens. Quē me di
cūt esse turbe? At illi respō
derūt et dixerūt. Johānem
baptistā: alii autē helyam:
alii quia pphēta unus de
prioribus surrexit. Dixit autē
illis. Vos autē quē me esse
dicitis? Respondēs symon
petrus dixit. Xp̄m dei. At
ille increpans illos. precepit
ne cui dicerent hoc: dicens
Quia oportet filiū hominis
multa pati et reprobari a
senioribus et principibus sacer
dotū et scribis. et occidi. et
tercia die resurgere. Dice
bat autē ad omēs. Siquis
uult post me uenire. abne
get semetipsum: et tollat crucem
suā cotidie. et sequatur me.
Qui enī uoluerit animam suā
saluā facere: perdet illā. Nā
qui perdiderit animā suā ppt
er me: saluā faciet illam.
Quid enī pficit homo si lu
cretur uniuersū mundū:
se autē ipsum pdat et detrimentū
sui faciat? Nam qui me
erubuerit et meos sermones:
hunc filius hominis erubescet
cū uenerit in maiestate su
a et patris et sanctorū an
gelorū. Dico autē uobis:
uere sunt aliqui hic stantes
qui nō gustabunt mortem.
donec uideant regnū dei. Fac
tū est autē post hec uerba
fere dies octo: et assumpsit
petrū et iacobū et iohannē:
et ascendit in montē ut o
raret. Et facta est dū oraret
species uultus eius altera:
et uestitus eius albus reful
gens. Et ecce duo uiri loq
bantur cū illo. Erant autē
moyses et helyas uisi in
maiestate: et dicebant excel
sū eius quē completurus e
rat in ierlm. Petrus uero
et qui cū illo erant: grauati
erant sompno. Et euigilan
tes uiderūt maiestatē eius:
et duos uiros qui stabant

cū illo. Et factū est dū disce
derent ab illo: ait petrus
ad ihm. Preceptor bonū est
nos hic esse: et faciamus
tria tabernacula vnū tibi.
et vnū moysi et vnū helye:
nesciens quid diceret. Hec aūt
illo loquente. facta est nubes
et obūbrauit eos: et timue
runt intrantibus illis in nu
bem. Et vox facta est de nu
be dicens. Hic est filius me
us dilectus: ipsum audite.
Et dū fieret vox inuentus ē
ihesus solus. Et ipsi tacuerunt:
et nemini dixerunt in illis
diebus quicquam ex hijs que vi
derant. Factū est autē
in sequenti die descendentibus
illis de monte: occurrit illis
turba multa. Et ecce vir de
turba exclamauit dicens
Magister obsecro te respice
in filiū meū: quia vnicus
est michi. Et ecce spiritus appre
hendit illū et subito clamat
et elidit et dissipat eū cum
spuma: et vix discedit di
lanians eū. Et rogaui dis
cipulos tuos vt eicerent il
lū: et nō potuerunt. Respon
dens autē ihesus dixit. O gene
ratio infidelis et peruersa: vs
quequo ero apud vos et pati
ar vos? Adduc huc filiū tu
um. Et cū accederet elisit illū de
moniū et dissipauit. Et in
crepauit ihesus spiritū immun
dū. et sanauit puerū: et
reddidit illū patri eius. Stu
pebant autē omnes in magni
tudine dei. Omnibusque
mirantibus in omnibus que
faciebat: dixit ad discipu
los suos. Ponite vos in cor
dibus vestris sermones istos.
Filius enim hominis futurum est
ut tradatur in manus homi
nū. At illi ignorabant verbū
istud: et erat velatū ante eos
ut nō sentirent illud. Et time
bant interrogare eū de hoc verbo.
Intrauit autē cogitatio in
eos: quis eorū maior esset.
At ihesus videns cogitationes
cordis illorū: apprehendens
puerū statuit eū secus se. et
ait illis. Quicunque susceperit

puerum istum in nomine meo: me recipit. Et quicumque me receperit: recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes vos: hic maior est. Respondens autem iohannes dixit. Preceptor vidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia: et prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum ihesus. Nolite prohibere. Qui enim non est adversum vos: pro vobis est. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius: et ipse faciem suam firmavit ut iret ierusalem. Et misit nuncios ante conspectum suum. Et euntes intraverunt in civitatem samaritanorum: ut pararent illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis ierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius iacobus et iohannes: dixerunt. Domine vis dicimus ut ignis descendat de celo et consumat illos? Et conversus increpavit illos: et dixit. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere: sed salvare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem ambulantibus illis in via: dixit quidam ad illum. Sequar te quocumque ieris. Et ait illi ihesus. Vulpes foveas habent et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Domine permitte michi primum ire: et sepelire patrem meum. Dixitque ei ihesus. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade annuncia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domine: sed primum permitte michi renunciare hiis qui domi sunt. Ait ad illum ihesus. Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei. Capitulum x.

Post hec autem designavit dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante fa-

ciem suã. in omnẽ ciuitatẽ
et locũ quo erat ipẽ venturus.
Et dicebat illis. Messis
quidẽ multa: operarij aũt
pauci. Rogate ergo dñm
messis: ut mittat operarios
in messẽ. Ite. Ecce ego
mitto vos: sicut agnos in-
ter lupos. Nolite ergo
portare sacculũ neq; perã
neq; calciamẽta: et neminẽ
per viã salutaueritis. In
quãcũq; domũ intraueritis:
primũ dicite. Pax huic do-
mui. Et si ibi fuerit filius
pacis: requiescet sup illum
pax vr̃a. Sin autẽ: ad vos
reuertetur. In eadẽ autẽ
domo manete: edentes et bi-
bentes que apud illos sũt.
Dignus est enĩ operarius
mercede sua. Nolite trãs-
ire de domo in domũ. Et
in quãcũq; ciuitatẽ intra-
ueritis et susceperint vos:
manducate que apponũtur
vobis: et curate infirmos
qui in illa sũt: et dicite il-
lis. Appropinquauit in vos
regnũ dei. In quãcũq; ciui-
tatẽ intraueritis et nõ rece-
perint vos: exeuntes in pla-
teas eius dicite. Etiã pulue-
rem qui adhesit nobis de
ciuitate vr̃a: extergimus in
vos. Tamen hoc scitote: qȝ
appropinquauit regnũ dei.
Dico vobis: quia sodomis
in die illa remissius erit qȝ
illi ciuitati. Ve tibi co-
rozain. ve tibi bethsaida:
quia si in tyro et sydone
facte fuissent virtutes que
in vobis facte sũt: olim in
cilicio et cinere sedentes pe-
niterent. Verumtamen tyro
et sydoni remissius erit in
iudicio qȝ vobis. Et tu ca-
pharnaũ usq; ad celũ exal-
tata: usq; ad infernũ demer-
geris. Qui vos audit:
me audit. Et q vos spernit: me
spernit. Qui aũt me spernit: spernit
eũ qui me misit. Reuersi sũt aũt sep-
tuaginta duo cũ gaudio
dicentes. Dñe: etiã demonia
subiciuntur nobis in noĩe
tuo. Et ait illis. Videbam

sathanā sicut fulgur de celo
cadentē. Ecce dedi vobis po
testatē calcandi sup̄ serpen
tes et scorpiones. et supra
omnē virtutē inimici: et ni
chil vobis nocebit. Verūp
tamen in hoc nolite gau
dere: quia sp̄us vobis subi
ciuntur. Gaudete autē: q̄d
nomina vr̄a scripta sūt in
celis. In ip̄a hora exulta
vit spiritu sc̄o: et dixit. Cō
fiteor tibi pater dn̄e celi et
terre: q̄d abscōdisti hec a sa
pientibus et prudentib3: et
revelasti ea parvulis. Etiā
pater: quia sic placuit an
te te. Omnia michi tradi
ta sūt a patre meo. Et nē
scit qui sit filius nisi pat̄:
et qui sit pater nisi filius.
et cui voluerit filius revela
re. Et cōversus ad disci
pulos suos. dixit. Beati o
culi: qui vident que vos vi
detis. Dico enī vobis: q̄d
multi ꝓphete et reges volu
erūt videre que vos videtis
et nō viderūt: et audire q̄

audistis et nō audierunt.
Et ecce quidā legisp̄itus
surrexit: temptans illū et
dicens. Magister: quid fa
ciendo vitā eternā possidebo?
At ille dixit ad eū. In lege
quid scriptū est? Quō legis?
Ille respondens dixit. Dili
ges dn̄m deū tuū ex toto cor
de tuo. et ex tota aīa tua.
et ex omnibus virib3 tuis. et
ex omī mente tua: et proximū
tuū sicut teip̄m. Dixitq3 il
li. Recte respōdisti. Hoc fac
et vives. Ille autē volens
iustificare seip̄m. dixit ad
ih̄m. Et quis est meus pro
ximus? Suscipiens autē ih̄s
dixit. Homo quidā descende
bat ab ih̄rl̄m in iherico:
et incidit in latrones. Qui
etiā despoliaverūt eum:
et plagis īpositis abierūt
semivivo relicto. Accidit
autē ut sacerdos quidā desce
deret eadē via: et viso illo p̄
terijt. Similit̄ et levita cū
esset secus locū et videret eū:
pertransijt. Samaritanus

aut quidā iter faciens venit
secus eū: et videns eū mise
ricordia motus est. Et appro
pians alligavit vulnera
eius: infundens oleū et vi
nū. Et imponēs illū in iu
mentū suū duxit in stabu
lū: et curā eius egit. Et al
tera die ptulit duos dena
rios: et dedit stabulario et
ait. Curā illius habe. Et
qdcūqz supererogaveris: ego
cū rediero reddā tibi. Quis
horū triū videtur tibi pxi
mus fuisse illi qui incidit
in latrones? At ille dixit.
Qui fecit miscdiam in illū.
Et ait illi ihūs. Vade: et tu
fac similiter. Factū est aūt
dū irent. et ipē intravit in
quoddā castellū: et mulier
quedā martha nomīe exce
pit illū in domū suā. Et
huic erat soror nomīe ma
ria: que etiā sedens secus pe
des dnī audiebat verbū il
lius. Martha aūt satage
bat circa frequens ministeriū.
Que stetit et ait. Dne nō
est tibi cure: qd soror mea
reliquit me solā ministrare?
Dic ergo illi: ut me adiuvet.
Et respondēs dixit illi dns.
Martha martha sollicita
es: et turbaris erga plurima.
Porro unū est necessariū.
Maria optimā partē ele
git: que nō auferetur ab ea.

Et factū Capl'. xi.
est cū esset in loco
quodā orans: ut
cessavit. dixit unus ex di
scipulis eius ad eū. Dne do
ce nos orare: sicut et iohan
nes docuit discipulos suos.
Et ait illis. Cū oratis dici
te. Pater. sanctificetur nomē
tuū: adveniat regnū tuū.
Panē nrm cotidianū da
nobis cotidie: et dimitte
nobis pctā nra. siquidē et
ipi dimittimus omi debēti
nobis: et ne nos inducas
in temptationē. Et ait
ad illos. Quis vrm habe
bit amicū. et ibit ad illū
media nocte. et dicet illi. ami
ce cōmoda michi tres panes

qm amicus meus venit de
via ad me. et nō habeo qd
ponā ante illū. et ille de
intus respondēs dicat. no
li michi molestus esse. iā
ostiū clausū est. et pueri
mei mecū sūt in cubili. nō
possū surgere et dare tibi.
Et ille si pseveraverit pulsās.
dico vobis et si nō dabit
illi surgens eo qd amicus
eius sit: ppter īprobitatē
tamē eius surget et dabit
illi qtquot habet necessa
rios. Et ego vobis dico.
Petite: et dabitur vobis.
Querite: et īvenietis. Pulsa
te: et aperietur vobis. Omīs
enī qui petit accipit. et qui
querit īvenit: et pulsanti
aperietur. Quis autē ex vobis
patrē petit panē. nūquid
lapidē dabit illi. Aut piscē.
nūquid pro pisce serpentē
dabit illi. Aut si pecierit
ovū. nūquid porriget illi
scorpionē. Si ergo vos cū
sitis mali nostis bona da
ta dare filiis vr̄is. qūto ma

gis pater vester de celo dabit
spiritū bonū petentibus se.
Et erat eiciens demoniū:
et illud erat mutū. Et cū eie
cisset demoniū. locutus ē mu
tus: et admirate sūt turbe.
Quidā autē ex eis dixerūt.
In beelzebub principe demo
niorū: eicit demonia. Et
alii temptātes: signū de ce
lo qrebant ab eo. Ipse autē
ut vidit cogitationes eorū:
dixit eis. Omne regnū in se
ipm divisū desolabitur: et
domus sup domū cadet. Si
autē et sathanas in seipm
divisus est. quomodo sta
bit regnū ipius. quia di
citis in beelzebub eicere me
demonia. Si autē ego in
beelzebub eicio demonia.
filii vr̄i in quo eiciūt. Ideo
ipi iudices vr̄i erūt. Porro
si in digito dei eicio demonia:
pfecto pervenit in vos reg
nū dei. Cū fortis armatus
custodit atriū suū: in pa
ce sūt ea que possidet. Si
autē fortior illo superveniēs

vicerit eū: vniuersa arma
eius auferet in quibꝰ cōfide
bat. et spolia eius distribu
et. Qui nō est mecū: aduer
sū me est. Et qui nō colli
git mecū: dispgit. Cū im
mūdus spūs exierit de homi
ne pambulat per loca ina
quosa querens requiē: et
nō inueniēs dicit. Reuertar
in domū meā: vnde exiui.
Et cū venerit: īuenit sco
pis mundatā. Et tūc va
dit et assumit septē alios
spūs nequiores se: et ingressi
habitāt ibi. Et fiūt nouissima
hominis illius: peiora prioribꝰ.
Factū est autē cū hec dice
ret: extollens vocē quedā mu
lier de turba dixit illi. Beatꝰ
venter qui te portauit: et v
bera que suxisti. At ille dix
it. Quinymmo. Beati qui au
diūt verbū dei: et custodiūt
illud. Turbis autē concurrē
tibus: cepit dicere. Genera
tio hec generatio nequā est.
Signū querit: et signū nō
dabitur illi. nisi signū ione

pphe. Nā sicut fuit ionas
signū niniuitis: ita erit et
filius hominis generationi is
ti. Regina austri surget in
iudicio cū viris generationis
huius. et cōdempnabit il
los: quia venit a finibus
terre audire sapientiā salo
monis. Et ecce plus q̄ sa
lomon hic. Viri niniuite
surgent in iudicio cū gene
ratione hac. et cōdempna
būt illā: quia penitentiā
egerūt ad pdicationē ione.
Et ecce plus q̄ iona hic.
Nemo lucernā accendit
et in abscondito ponit. neqꝫ
sub modio. sed supra cande
labrū: ut qui ingrediunt
lumen videāt. Lucerna
corporis tui: est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit siplex:
totū corpus tuū lucidū erit.
Si autē nequā fuerit: etiā cor
pus tuū tenebrosū erit. Vi
de ergo: ne lumen quod in
te est. tenebre sint. Si ergo
corpus tuū totū lucidū fu
erit. nō habens aliquā par

tam tenebrarum: erit lucidum
totum. Et sicut lucerna fulgoris il
luminabit te. Et cum loque
retur: rogavit illum quidam
phariseus ut pranderet apud
se. Et ingressus recubuit.
Phariseus autem cepit intra se
reputans dicere: quare non
baptizatus esset ante pran
dium. Et ait dominus ad illum. Nunc
vos pharisei quod deforis est
calicis et catini mundatis: quod
autem intus est vestrum. plenum
est rapina et iniquitate. Stul
ti: nonne qui fecit quod defo
ris est. etiam id quod intus
est fecit? Verumtamen quod
superest date elemosinam: et ec
ce omnia munda sunt vobis.
Sed ve vobis phariseis:
quia decimatis mentam et ru
tam et omne olus: et preteritis
iudicium et caritatem dei. Hec autem
oportuit facere: et illa non omit
tere. Ve vobis phariseis:
quia diligitis primas ca
thedras in synagogis et sa
lutationes in foro. Ve vo
bis qui estis ut monumenta
que non parent: et homines
ambulantes supra nesciunt.
Respondens autem quidam ex le
gisperitis: ait illi. Magister:
hec dicens etiam nobis contu
meliam facis. At ille ait. Et
vobis legisperitis ve: quia
oneratis homines oneribus
que portari non possunt. et ipsi
uno digito vestro non tangi
tis sarcinas. Ve vobis qui
edificatis monumenta prophe
tarum: patres autem vestri occiderunt
illos. Profecto testificamini. quod
consentitis operibus patrum
vestrorum: quoniam quidem ipsi eos oc
ciderunt: vos autem edificatis
eorum sepulchra. Propterea
et sapientia dei dixit. Mit
tam ad illos prophetas et a
postolos. et ex illis occident
et persequentur: ut inquiratur
sanguis omnium prophetarum. qui
effusus est a constitutione mun
di a generatione ista: a san
guine abel usque ad sangui
nem zacharie qui periit in
ter altare et edem. Ita dico
vobis: requiretur ab hac

generatione. Ve vobis le
gisperitis: quia tulistis cla
uē sciencie. et ipsi non intro
istis: et eos qui introibāt
phibuistis. Cum hec ad
illos diceret: ceperūt phari
sei et legisperiti grauiter in
sistere. et os eius opprimere.
de multis īsidiātes ei. et q̄ren
tes capere aliquid ex ore eius
ut accusarent eū. Capitulum xii.
Multis aūt turbis
circūstantibꝫ. ita
ut se inuicē cōcul
carent: cepit dicere ad disci
pulos suos. Attendite a
fermento phariseorū: quod
est ypocrisis. Nichil autē
opertū est quod nō reueletur:
neqꝫ absconditū quod non
sciatur. Quoniā que in te
nebris dixistis: in lumīe di
centur. Et quod aure locuti
estis in cubiculis: p̄dicabitur
in tectis. Dico aūt vobis a
micis meis: ne terreamini
ab hiis qui occidūt corpus.
et post hec nō habent āpli
us quid faciāt. Ostendā aūt
vobis: quē timeatis. Timete
eū: qui postq̄ occiderit ha
bet potestatē mittere in gehē
nam. Ita dico vobis: hunc
timete. Nōne quinqꝫ passeres
veneūt dypondio: et vnus
ex illis nō est in obliuione
corā deo. Sed et capilli capi
tis vr̄i. omēs numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis
passeribus pluris estis. Dico
aūt vobis. Omīs quicūqꝫ
cōfessus fuerit me corā hoībꝫ:
et filius hoīs cōfitebitur
illū corā angelis dei. Qui
aūt negauerit me corā hoī
bus: denegabitur corā āgelis
dei. Et omīs qui dicit ver
bū in filiū hoīs: remittetur
illi. Ei aūt qui in spiritū sāc
tū blasphemauerit: non re
mittetur. Cum aūt indu
cent vos in synagogas et
ad magistratus et potestates:
nolite solliciti esse qualiter
aut quid respōdeatis. aut
quid dicatis. Spūs enī scūs
docebit vos in ipa hora que
oportet dicere. Ait autē

et quidam de turba. Magister:
dic fratri meo ut diuidat me
cum hereditatem. At ille dixit ei.
Homo: quis me constituit
iudicem aut diuisorem super vos?
Dixitque ad illos. Videte et ca
uete ab omni auaricia: quia
non in habundantia cuiusquam
vita eius est ex hiis que pos
sidet. Dixit autem similitudinem
ad illos dicens. Hominis cui
dam diuitis vberes fructus
ager attulit: et cogitabat in
tra se dicens. Quid faciam. quod
non habeo quo congregem fruc
tus meos? Et dixit. Hoc fa
ciam. Destruam horrea mea
et maiora faciam: et illuc con
gregabo omnia que nata
sunt michi et bona mea: et
dicam anime mee. Anima ha
bes multa bona posita in
annos plurimos: requiesce.
comede. bibe. epulare. Dixit
autem illi deus. Stulte: hac
nocte animam tuam repetunt a
te. Que autem parasti cuius
erunt? Sic est qui sibi thesauri
zat: et non est diues in deum.

Dixitque ad discipulos suos.
Ideo dico vobis nolite sollici
ti esse anime vestre quid mandu
cetis: neque corpori vestro quid
vestiamini. Anima plus est
quam esca: et corpus plus quam ves
timentum. Considerate coruos
quia non seminant neque me
tunt: quibus non est cellarium
neque horreum: et deus pascit
illos. Quanto magis vos plu
ris estis illis? Quis autem vestrum
cogitando potest adicere ad
staturam suam cubitum vnum?
Si ergo neque quod minimum
est potestis: quid de ceteris
solliciti estis? Considerate li
lia quomodo crescunt: non
laborant neque nent. Dico autem
vobis: nec salomon in om
ni gloria sua vestiebatur
sicut vnum ex istis. Si autem
fenum quod hodie in agro est et
cras in clibanum mittitur deus
sic vestit: quanto magis vos
pusille fidei? Et vos nolite
querere quid manducetis
aut quid bibatis: et nolite
in sublime tolli. Hec enim

omnia gentes mundi querunt.
Pater autem vester scit: quoniam
hiis indigetis. Verumptamen
querite regnum dei: et hec omnia
adicientur vobis. Nolite ti
mere pusillus grex: quia com
placuit patri vestro dare vobis
regnum. Vendite que pos
sidetis: et date elemosinam.
Facite vobis sacculos qui
non veterascunt: thesaurum non
deficientem in celis: quo fur
non appropiat neque tinea cor
rumpit. Ubi enim thesaurus vester
est: ibi et cor vestrum erit. Sint
lumbi vestri precincti: et lucerne
ardentes. Et vos similes ho
minibus expectantibus dominum
suum quando revertatur a nup
ciis: ut cum venerit et pulsa
verit confestim aperiant ei.
Beati servi illi: quos cum
venerit dominus invenerit vigilan
tes Amen dico vobis: quod
precinget se et faciet illos dis
cumbere. et transiens ministra
bit illis. Et si venerit in se
cunda vigilia. et si in tertia
vigilia venerit. et ita invene
rit: beati sunt servi illi. Hoc
autem scitote: quoniam si sciret pa
terfamilias qua hora fur
veniret: vigilaret utique et
non sineret perfodi domum suam.
Et vos estote parati: quia
qua hora non putatis filius
hominis veniet. Ait autem
ei petrus. Domine ad nos dicis
hanc parabolam: an ad
omnes? Dixit autem dominus. Quis
putas est fidelis dispensator
et prudens: quem constituit
dominus super familiam suam. ut det
illis in tempore tritici men
suram? Beatus ille servus:
quem cum venerit dominus. invenerit
ita facientem. Vere dico vobis:
quia supra omnia que pos
sidet constituet illum. Quod si
dixerit servus ille in corde
suo. moram facit dominus meus
venire. et ceperit percutere pu
eros et ancillas et edere et
bibere et inebriari: veniet
dominus servi illius in die qua
non sperat et hora qua nescit:
et dividet eum. partemque eius
cum infidelibus ponet. Ille

aut seruus. qui cognouit
voluntatē dñi sui et nō p
parauit. et nō fecit scdm
voluntatē eius: vapula
bit multas. Qui aut nō
cognouit et fecit digna:
plagis vapulabit paucas.
Omī aut cui multū datū
ē: multū q̄ret ab eo. Et cui cō
mendauerit multū: plus
petent ab eo. Ignē veni
mittere in terrā: et quid vo
lo nisi accendatur? Bapti
sma aut habeo baptizari:
et quomodo coartor vsq
dū pficiat? Putatis q̄a
pacē veni dare in terrā?
Non dico vobis: sed sepa
tionē. Erūt eni ex hoc quī
q̄ in domo vna diuisi:
tres in duo et duo in tres
diuident. Pater in filiū:
et filius in patrē suū. Ma
ter in filiā: et filia in ma
trē. Socrus in nurū suā:
et nurus in socrū suam.
Dicebat aut et ad turbas.
Cū videritis nubē orientē
ab occasu. statī dicitis ym

ber venit: et ita fit. Et cū austrū
flantē: dicitis quia estus erit.
et fit. Ypocrite faciē celi et
terre nostis pbare: hoc aut
tempus quomodo nō pba
tis? Quid aut et a vobisip
sis nō iudicatis quod iustū
est? Cum aut vadis cū
aduersario ad principē in
via. da operā liberari ab il
lo: ne forte trahat te ad iudi
cem et iudex tradat te exacto
ri. et exactor mittat te in car
cerē. Dico tibi: nō exies inde.
donec etiā nouissimū mi
nutū reddas. Capłm xiij.

Aderant aut quidā
ipō in tēpore nūci
antes illi de galile
is: quorū sanguinē pylatus
miscuit cū sacrificijs eorum.
Et respondens dixit illis. Pu
tatis qd hij galilei pre omī
bus galileis peccatores fuerūt:
quia talia passi sūt? Non
dico vobis. Sed nisi penitē
ciā habueritis: omēs simili
ter peribitis. Et sicut illi decem
et octo supra quos cecidit

turris in syloam: et occidit
eos. Putatis quia et ipsi de
bitores fuerūt pter omnes ha
bitantes in ihrlm? Nō dico
vobis. Sed si nō penitenciā
egeritis: omnes similit' peri
bitis. Dicebat autē hanc
similitudinē. Arborē fici ha
bebat quidā plantatā in vi
nea sua: et venit querens
fructū in illa. et nō inuenit.
Dixit autē ad cultorē vinee.
Ecce anni tres sunt ex quo
venio q̄rens fructū in ficul
nea hac: et nō inuenio. Suc
cide ergo illā. Vt quid etiam
terrā occupat? At ille respō
dens: dixit illi. Dn̄e dimitte
illā et hoc anno. usq; dū fo
diā circa illā. et mittā sterco
ra. Et si quidē fecerit fructū:
sin autē in futurū succides eā.
Erat autē docens in synago
ga eorū sabbatis. Et ecce mu
lier q̄ habebat spm̄ infirmita
tis annis decē et octo: et erat
inclinata. nec omnino poterat
sursū respicere. Quā cū vide
ret ihūs: vocauit ad se. et a

it illi. Mulier: dimissa es
ab infirmitate tua. Et impo
suit illi manus: et cōfestī
erecta est: et glorificabat de
um. Respondēs autē archy
synagogus indignans quia
sabbato curasset ihūs: di
cebat turbe. Sex dies sunt:
in quib; oportet operari.
In his ergo venite et cura
mini: et nō in die sabbati.
Respondit autē ad illū dn̄s:
et dixit. Ypocrite: vnusquis
q; vrm̄ sabbato nō soluit
bouē suū aut asinū a pse
pio. et ducit adaquare?
Hanc autē filiā abrahe quā
alligauit sathanas ecce de
cem et octo annis nō opor
tuit solui a vinculo isto
die sabbati? Et cū hec
diceret: erubescebāt omnes
aduersarii eius. Et omnis
ppl's gaudebat in vniuer
sis: que gloriose fiebant
ab eo. Dicebat ergo. Cui
simile est regnū dei: et cui
simile esse existimabo il
lud? Simile est grano sy

napis: quod acceptum homo
misit in ortum suum et crevit.
Et factum est in arborem mag-
nam: et volucres celi requie-
verunt in ramis eius. Et i-
terum dixit. Cui simile esti-
mabo regnum dei? Simile
est fermento: quod acceptum
mulier abscondit in farine
sata tria. donec fermentare-
tur totum. Et ibat per ci-
vitates et castella docens:
et iter faciens in ierusalem. Ait
autem illi quidam. Domine: si
pauci sunt qui salvantur?
Ipse autem dixit ad illos. Con-
tendite intrare per angus-
tam portam: quia multi dico
vobis querent intrare et
non poterunt. Cum autem
intraverit paterfamilias et
clauserit ostium: et incipietis
foris stare et pulsare ostium
dicentes. Domine aperi nobis.
Et respondens dicet vobis.
Nescio vos unde sitis. Tunc
incipietis dicere. Manducavi-
mus coram te et bibimus: et in pla-
teis nostris docuisti. Et dicet vobis.

Nescio vos unde sitis. Disce-
dite a me omnes operarii ini-
quitatis: ibi erit fletus et stri-
dor dentium. Cum videritis
abraham et ysaac et iacob et
omnes prophetas in regno dei:
vos autem expelli foras. Et ve-
nient ab oriente et occidente
et aquilone et austro: et ac-
cumbent in regno dei. Et ec-
ce sunt novissimi qui erunt
primi: et sunt primi qui erunt
novissimi. In ipsa die: ac-
cesserunt quidam phariseorum
dicentes illi. Exi et vade hinc:
quia herodes vult te occidere.
Et ait illis. Ite et dicite vul-
pi illi. Ecce eicio demonia et
sanitates perficio hodie et cras:
et tertia die consummor. Ve-
rumtamen oportet me ho-
die et cras et sequenti ambu-
lare: quia non capit prophetam
perire extra ierusalem. Ierusalem
ierusalem que occidis prophetas
et lapidas eos qui mittuntur
ad te: quotiens volui congre-
gare filios tuos quemadmo-
dum avis nidum suum sub pen-

uis. et noluisti. Ecce relinquitur vobis deserta domus vestra. Dico autem vobis: quia non videbitis me donec veniat cum dicetis. Benedictus qui venit in nomine domini. Capitulum xiiii.

Et factum est cum intraret in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem: et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus erat ante illum. Et respondens ihesus: dixit ad legisperitos et phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: et non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad invitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent: dicens ad illos. Cum invitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit invitatus ab eo: et veniens is qui te et illum vocavit dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris. vade recumbe in novissimo loco: ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem et ei qui se invitaverat. Cum facis prandium aut cenam. noli vocare amicos tuos neque fratres tuos. neque cognatos neque vicinos divites: ne forte et ipsi te reinvitent. et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium voca pauperes debiles claudos cecos: et beatus eris quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectione iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discum-

recumbentibꝫ: dixit illi. Beatus q̄
manducabit panē in regno
dei. Et ipse dixit illi. Homo
quidā fecit cenā magnā: et
vocavit multos. Et misit
servū suū hora cene dicē invi
tatis ut venirēt: quia iam
parata sūt omnia. Et ceperūt
simul omēs excusare. Prim⁹
dixit ei. Villā emi: et necesse
habeo exire et videre illā. Ro
go te: habe me excusatū. Et
alter dixit. Iuga boū emi
quīqꝫ: et eo pbare illa. Ro
go te: habe me excusatū. Et
alius dixit. Uxorē duxi: et
ideo nō possū venire. Et rever
sus servus: nūciavit hec do
mino suo. Tūc iratus pater
familias: dixit servo suo.
Exi cito in plateas et vicos
civitatis: et pauperes ac de
biles et cecos et claudos īntro
duc huc. Et ait servus. Dn̄e
factū est ut īperasti: et ad
huc locus est. Et ait dn̄s ser
vo. Exi in vias et sepes et
cōpelle intrare: ut īpleatur
domus mea. Dico aūt vobis:

qđ nemo virorū illorū qui
vocati sūt gustabit cenam
meā. Ibāt aūt turbe multe cū
eo: et cōversus dixit ad illos.
Si quis venit ad me et nō
odit patrē suū et matrē et
uxorē et filios et fratres et so
rores adhuc aūt et aīam
suā: nō potest meus esse dis
cipulus. Et qui nō baiulat
crucē suā et venit post me:
nō potest meus esse discipu
lus. Quis eīm ex vobis
volens turri edificare: nō
ne prius sedens cōputat sūp
tus qui necessarij sūt. si ha
beat ad pficiendū. Ne pos
tea qm̄ posuerit fūdamen
tū et nō potuerit pficere. o
nes qui vident īcipiant illu
dere ei dicentes: quia hic ho
mo cepit edificare et nō po
tuit cōsūmare. Aut quis rex
iturus cōmittere bellū ad
versus aliū regē: nō sedens
prius cogitat si possit cū
decē milibꝫ occurrē ei. qui
cū viginti milibus venit
ad se. Alioquī adhuc illo

longe agente: legationem
mittens rogat ea que pacis
sunt. Sic ergo omnis ex vo
bis qui nō renunciat omni
bus que possidet: non po
test meus esse discipulus.
Bonū ē sal. Si autē sal
quoque evanuerit: in quo
condietur? Neque in terram
neque in sterquiliniū utile
est: sed foras mittetur. Qui
habet aures audiendi au
diat. Capitulum xv.
Erant autē appro
pinquātes ei pub
licani et pctōres: ut audi
rent illū. Et murmurabāt
pharisei et scribe dicentes.
Quia hic pctōres recipit:
et mādūcat cū illis. Et
ait ad illos. parabolā istā
dicens. Quis ex vobis ho
mo qui habet centū oves:
et si pdiderit unā ex illis.
nōne dimittit nonaginta
novē in deserto et vadit ad
illā que perierat. donec in
veniat illā? Et cū īvene
rit eā: īponit in humeros
suos gaudens. Et veniens
domū: cōvocat amicos et
vicinos dicens illis. Cōgra
tulamini michi: quia īveni
ovē meā que perierat. Di
co vobis: qđ ita gaudiū
erit in celo sup uno pctōre
penitenciā agente: qm̄ su
pra nonaginta novē iustis
qui nō indigent penitēcia.
Aut que mulier habēs
dragmas decē: si pdiderit
dragmā unā. nōne accen
dit lucernā et evertit domū
et querit diligenter donec ī
veniat? Et cū invenerit: cō
vocat amicas et vicinas
dicens. Cōgratulamini michi:
quia īveni dragmā quā
pdideram. Ita dico vobis:
gaudiū erit corā angelis
dei. sup uno pctōre peniten
ciā agente. Ait autē. Ho
mo quidā habuit duos fi
lios: et dixit adolescencior
ex illis patri. Pater. da michi
porcionē substancie: que
me cōtingit. Et divisit illis
substanciā. Et nō post mul

tos dies cōgregatis omnib3.
adolescentior filius peregre
pfectus est in regionē lōgi-
quā: et ibi dissipauit sub
stanciā suā viuendo luxuri
ose. Et postq̄ omnia cōsum
masset: facta est fames va-
lida in regione illa. et ipse
cepit egere. Et abijt et adhe
sit vni ciuiū regionis illius:
et misit illū in villā suā
ut pasceret porcos. Et cupi
ebat implere ventrē suū de
siliquis quas porci man
ducabāt: et nemo illi da
bat. In se autē reuersus dix
it. Quanti mercenarij in
domo patris mei habūdāt
panib3: ego autē hic fame
pereo. Surgā et ibo ad pa
trē meū: et dicā illi. Pater
peccaui in celū et corā te.
et iam nō sū dignus voca
ri filius tuus: fac me sicut
vnū de mercenarijs tuis.
Et surgens venit ad patrē
suū. Cū autē adhuc lōge
esset: vidit illū pater ipsi
us. et misericordia motus

est. Et accurrens cecidit sup
collū eius: et osculatus est
eū. Dixitq3 ei filius. Pater
peccaui in celū et corā te:
iam nō sū dignus vocari
filius tuus. Dixit autē pat
ad seruos suos. Cito pferte
stolā primā et induite illū:
et date anulū in manu ei9.
et calciamēta in pedes. Et
adducite vitulū saginatū
et occidite. et mādūcemus
et epulemur: quia hic fili9
meus mortuus erat et reuix
it: perierat et inuent9 ē. Et ce
perūt epulari. Erat autē fili
us eius senior in agro. Et
cū veniret et appropinq̄ret
domui: audiuit simphoniā
et chorū. Et vocauit vnū
de seruis: et interrogauit que
hec essent. Isq3 dixit illi. Fra
ter tuus venit: et occidit
pater tuus vitulū sagina-
tū: quia saluū illū recepit.
Indignatus est autē: et no
lebat introire. Pater ergo
illius egressus: cepit rogare
illū. At ille respōdens: dix

re patri suo. Ecce tot annis seruio tibi. et numquam mandatum tuum preteriui: et numquam dedisti michi hedum ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit: occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es: et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est.

Capl' xvi.

Dicebat autem et ad discipulos suos. Homo quidam erat diues qui habebat uillicum: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tue. Iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam: quia dominus meus aufert a me uillicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam: ut cum amotus fuero a uillicatione. recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui: dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam: et sede cito. scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quantum debes? Qui ait centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo: et in maiore fidelis est. Et qui in modico iniquus est: et in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non

fuistis: quod verum est quis
credet vobis? Et si in alieno
fideles non fuistis: quod vestrum
est quis dabit vobis? Ne
mo servus potest duobus
dominis servire. Aut enim unum
odiet et alterum diliget: aut
uni adherebit et alterum con
tempnet. Non potestis deo ser
vire et mamone. Audie
bant autem omnia hec phari
sei qui erant avari: et deri
debant illum. Et ait illis. Vos
estis qui iustificatis vos co
ram hominibus: deus autem no
vit corda vestra: quia quod
hominibus altum est. abhomina
tio est ante deum. Lex et
prophete usque ad iohannem.
Ex eo regnum dei evangelizatur:
et omnis in illud vim facit.
Facilius est autem celum et
terram preterire: quam de lege unum
apicem cadere. Omnis qui
dimittit uxorem suam et du
cit alteram mechatur: et qui
dimissam a viro ducit me
chatur. Homo quidam e
rat dives. et induebatur pur-

pura et bisso: et epulabatur
cotidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine laza
rus: qui iacebat ad ianu
am eius ulceribus plenus.
cupiens saturari de micis
que cadebant de mensa divi
tis: et nemo illi dabat. Sed
et canes veniebant: et linge
bant ulcera eius. Factum est
autem ut moreretur mendicus:
et portaretur ab angelis in si
num abrahe. Mortuus est
autem et dives: et sepultus est
in inferno. Elevans autem
oculos suos cum esset in tor
mentis: vidit abraham a lon
ge. et lazarum in sinu eius.
Et ipse clamans dixit. Pater
abraham miserere mei: et
mitte lazarum ut intinguat
extremum digiti sui in aquam.
ut refrigeret linguam meam:
quia crucior in hac flamma.
Et dixit illi abraham. Fili re
cordare quia recepisti bona
in vita tua: et lazarus si
militer mala. Nunc autem hic
consolatur: tu vero cruciaris.

Et in hiis omnibus inter nos
et vos chaos magnū fir-
matū est: ut hii qui volunt
hinc transire ad vos non
possint. neqȝ inde huc trans
meare. Et ait. Rogo te pa
ter ut mittas eum in do
mū patris mei. Habeo enī
quinqȝ fratres: ut testetur illis
ne et ipsi veniāt in locum
huc tormentorū. Et ait illi
abrahā. Habent moysen
et prophetas: audiāt illos.
At ille dixit. Nō pater ab
ham: sed si quis ex mortuis
ierit ad eos penitenciā agēt.
Ait autē illi. Si moysen et
prophetas nō audiunt: neqȝ si
quis ex mortuis resurrexerit
credent. Capitulū xvii.

ET ad discipulos
suos ait. Impos
sibile est ut nō ve
niāt scandala. Ve autē illi:
per quē veniunt. Utilius est
illi si lapis molaris ipona
tur circa collū eius et pcia
tur in mare: quā ut scandali
zet unū de pusillis istis.

Attendite vobis. Si pec
cauerit frater tuus: increpa
illū. Et si penitenciā egerit:
dimitte illi. Et si septies
in die peccauerit in te et sep
ties in die cōuersus fuerit
ad te dicens penitet me: di
mitte illi. Et dixerūt a
postoli dūo. Adauge nobis
fidē. Dixit autē dūs. Si ha
beretis fidem sicut granū
synapis. diceretis huic arbo
ri moro eradicare et trans
plantare in mare. et obe
diret vobis. Quis autē vest
rū habens seruū arantem
aut pascentē. qui regresso
de agro dicat illi statī. transi
recumbe: et nō dicat ei para
quod cenē et pcinge te et mini
stra michi donec manducē
et bibā. et post hec tu mā
ducabis et bibes? Numquid
graciā habet seruo illi: quia
fecit que ei imperauerat?
Non puto. Sic et vos cū fe
ceritis omīa que pcepta sūt
vobis: dicite. Serui inutiles
sumus: quod debuimus facere

seruus? Et factū est dum
iret in ihrlm: trāsibat per
mediā samariā et galileā.
Et cū ingrederet̄ quoddā castel
lū: occurrerūt ei decē viri le
prosi. Qui steterūt a lōge:
et leuauerūt vocē dicentes.
Ihū preceptor miserē nostri.
Quos ut vidit dixit. Ite os
tendite vos sacerdotib;. Et
factū est dū irent: mūdati
sūt. Unus aūt ex illis ut
vidit quia mūdatus est:
regressus est cū magna vo
ce magnificans deū. Et ce
cidit in faciē ante pedes ei;:
gracias agens. Et hic erat
samaritanus. Respondēs
aūt ihūs dixit. Nōne decem
mūdati sūt. et nouē ubi sūt?
Non est inuentus qui redi
ret et daret gloriā deo: nisi
hic alienigena. Et ait illi.
Surge vade: quia fides
tua te saluū fecit. Interro
gatus aūt a phariseis qn̄
do venit regnū dei: respon
dit eis et dixit. Nō venit
regnū dei cū obseruatione:
neq; dicent ecce hic aut ecce
illic. Ecce aūt regnū dei intra
vos est. Et ait ad disci
pulos suos. Venient dies qn̄
do desideretis videre vnū diē
filij hoīs: et nō videbitis.
Et dicent vobis. Ecce hic:
ecce illic. Nolite ire: neq;
sectemini. Nam sicut fulgur
choruscās de sub celo in ea
que sub celo sūt fulget: ita
erit filius hoīs in die su
a. Primū oportet illum
multa pati: et reprobari
a generatione hac. Et si
cut factū est in diebus noe:
ita erit et in dieb; filij hoīs.
Edebāt et bibebāt uxores
ducebāt et dabātur ad nupci
as usq; ī diē q̄ intrauit noe in
archā: et venit diluuiū et pdidit
omēs. Similiter sicut fac
tū est in diebus loth: ede
bant et bibebāt. emebant
et vendebāt. plantabāt et
edificabat. Qua die aūtē
exijt loth a sodomis: pluit
ignē et sulphur de celo. et
omēs pdidit. Scdm hec

erit qua die filius hominis
revelabitur. In illa hora
qui fuerit in tecto. et vasa
eius in domo: ne descendat
tollere illa. Et qui in agro:
similiter nō redeat retro
Memores estote uxoris
loth. Quicumque quesierit ani
mā suā salvā facere: perdet
illā. Et quicumque perdiderit il
lā: vivificabit eā. Dico vo
bis. In illa nocte erunt duo
in lecto uno: unus assume
tur et alter relinquetur. Due
erunt molentes in unū: una
assumetur et altera relinquetur.
Duo in agro: unus assume
tur et alter relinquetur. Respō
dentes dicunt illi. Ubi dñe?
Qui dixit eis. Ubicumque fue
rit corpus: illuc cōgrega
buntur aquile. Capitulum xviii
Dicebat autem et pa
rabolā ad illos:
quoniam oportet semper
orare et nō deficere. dicens.
Iudex quidā erat in quadā
civitate: qui deū nō time
bat. et homines nō verebatur.
tur. Vidua autem quedā erat
in civitate illa: et veniebat
ad eū dicens. Vindica me
de adversario meo. Et nole
bat per multū tempus. Post
hec autem dixit intra se. Et si
deū nō timeo nec hominem
revereor: tamen quia mo
lesta est michi hec vidua.
vindicabo illā: ne in novis
simo veniens suggillet me.
Ait autem dñs. Audite quid
iudex iniquitatis dicit. Deus
autem nō faciet vindictā elec
torū suorū clamantiū ad
se die ac nocte: et patientiā
habebit in illis? Dico vobis:
quia cito faciet vindictam
illorū. Verumptamen filius
hominis veniens. putas inveniet
et fidē in terra? Dixit autem
et ad quosdā qui in se cōfide
bant tanquam iusti. et aspernā
bantur ceteros: parabolam
istā. Duo homines ascende
runt in templū ut orarent:
unus phariseus. et alter
publicanus. Phariseus
stans hec apud se orabat.

Deus gratias ago tibi: quia
nō sū sicut ceteri hoīm. rap
tores iniusti adulteri. velut
etiā hic publicanus. Ieiuno
bis in sabbato: decimas do
oīm que possideo. Et publi
canus alonge stās. nolebat
nec oculos ad celū levare:
sed percuciebat pectus suū
dicēs. Deus ꝓpicius esto mi
peccatori. Amen dico vobis:
descendit hic iustificatus in
domū suā ab illo. Quia
omīs qui se exaltat humilia
bitur: et qui se humiliat exal
tabitur. Afferebāt autē
ad illū et infantes: ut eos
tangeret. Quod cū viderent
discipuli: increpabāt illos.
Ihesus autē cōvocans illos
dixit. Sinite pueros venire
ad me. et nolite eos vetare:
taliū est enī regnū dei. A
men dico vobis: quicūqꝫ
nō acceperit regnū dei sicut
puer: nō intrabit in illud.
Et interrogauit eū quidā
princeps dicens. Magister
bone. quid faciens vitā eter
nā possidebo? Dixit autē ei
ihesus. Quid me dicis bonū?
Nemo bonus. nisi solus de
us. Mandata nosti? Non
occides. nō mechaberis. non
furtū facies. nō falsū testio
niū dices. Honora patrem
tuū et matrē. Qui ait. Hec
omīa custodiui a iuventute
mea. Quo audito ihesus:
ait ei. Adhuc vnū tibi deest.
Omīa quecūqꝫ habes vende et
da pauperibꝫ. et habebis
thesaurū in celo: et veni se
quere me. His ille audi
tis cōtristatus est: quia di
ues erat valde. Videns autē
illū ihesus tristē factū: dixit.
Quā difficile qui pecunias
habēt in regnū dei intrabūt.
Facilius est enī camelū per
foramen acus trāsire: quā
diuitē intrare in regnū dei.
Et dixerūt qui audiebant.
Et quis potest saluus fieri?
Ait illis. Que īpossibilia
sunt apud homīes: possibi
lia sunt apud deū. Ait autē
petrus. Ecce nos dimisim⁹

omnia: et secuti sumus te. Qui
dixit eis. Amen dico vobis:
nemo est qui reliquit domum
aut parentes aut fratres
aut uxorem aut filios propter
regnum dei. et non recipiat mul-
to plura in hoc tempore. et
in seculo venturo vitam eter-
nam. Assumpsit autem ihesus
duodecim: et ait illis. Ecce as
cendimus iherosolimam: et
consumabuntur omnia que
scripta sunt per prophetas de
filio hominis. Tradetur enim gen
tibus et illudetur: et flagella
bitur et conspuetur. Et post
quam flagellaverint occident eum:
et tercia die resurget. Et
ipsi nichil horum intellexerunt.
Et erat verbum istud abscon
ditum ab eis: et non intellige
bant que dicebantur. Factum
est autem cum appropinquaret ihe
richo: cecus quidam sedebat se
cus viam mendicans. Et cum
audiret turbam pretereuntem:
interrogabat quid hoc esset.
Dixerunt autem ei: quod ihesus na
zarenus transiret. Et clama-
uit dicens. Ihesu fili david:
miserere mei. Et qui preibant:
increpabant eum ut taceret.
Ipse vero multo magis cla
mabat: fili david miserere
mei. Stans autem ihesus: ius
sit illum adduci ad se. Et cum
appropinquasset: interroga
uit illum dicens. Quid tibi
vis faciam? At ille dixit. Do
mine ut videam. Et ihesus dix
it illi. Respice: fides tua te
salvum fecit. Et confestim vi
dit: et sequebatur illum mag
nificans deum. Et omnis plebs
ut vidit: dedit laudem deo. Ca
Et ingressus pl xix.
perambulabat ihe
richo. Et ecce vir no
mine zacheus: et hic erat prin
ceps publicanorum. et ipse di
ves. Et querebat videre ihesum quis
esset: et non poterat pre tur
ba. quia statura pusillus
erat. Et precurrens ascendit
in arborem sycomorum ut vide
ret illum: quia inde erat transi
turus. Et cum venisset ad lo
cum. suspiciens ihesus vidit illum:

et dixit ad eū. Zachee festinās
descende: quia hodie in domo
tua oportet me manere. Et
festinās descendit: et excepit
illū gaudēs. Et cū viderent
omēs: murmurabāt dicen-
tes qđ ad hominē pc̄torem
divertisset. Stans autē za-
cheus: dixit ad dn̄m. Ecce
dimidiū bonorū meorū do-
mine do pauperib3: et si qđ
aliquē defraudavi reddo q̄-
druplū. Ait ihesus ad eū. Q̄a
hodie salus domui huic fac-
ta est: eo qđ et ipse filius sit
abrahe. Venit enī filius
hominis querere et salvū facere:
quod perierat. Hec illis au-
dientib3. adiciēs dixit para-
bolā: eo qđ esset prope ihrlm.
et q̄a existimarent qđ cō festī
regnū dei manifestaret. Dix-
it ergo. Homo quidā nobilis
abiit in regionē lōginquā:
accipere sibi regnū et reverti.
Vocatis autē decē servis su-
is: dedit illis decē mnas. Et
ait ad illos. Negociamini dū
venio. Cives autē eius oderāt

illū: et miserunt legationem
post illū dicentes. Nolumus
hunc regnare sup nos. Et fac-
tū est ut rediret accepto reg-
no: et iussit vocari servos
quib3 dedit pecuniā. ut sci-
ret quantū quisq3 negocia-
tus esset. Venit autē primus
dicens. Dn̄e: mna tua decē
mnas acquisivit. Et ait illi.
Euge bone serve: quia in
modico fidelis fuisti. eris po-
testatē habens supra decem
civitates. Et alter venit di-
cens. Dn̄e: mna tua fecit
quinq3 mnas. Et huic ait.
Et tu esto supra quinq3 civita-
tes. Et alter venit dicēs. Do-
mine ecce mna tua: quā ha-
bui repositā in sudario. Ti-
mui enī te: quia homo aus-
terus es. Tollis quod nō posu-
isti: et metis quod nō semi-
nasti. Dicit ei. De ore tuo te
iudico serve nequam. Sciebas
qđ ego austerus homo sū:
tollens quod nō posui et
metens quod nō seminavi.
Et quare nō dedisti pecuniā

meā ad mensā: et ego veni
ens cū usuris utiq; exegissē
illā. Et astantibus dixit.
Auferte ab illo mnam: et
date illi qui decē mnas ha
bet. Et dixerunt ei. Dn̄e: ha
bet decē mnas. Dico autē
vobis: quia omni habenti
dabitur. Ab eo autē qui nō
habet: et quod habet aufe
retur ab eo. Verūptamē
inimicos meos illos qui no
luerunt me regnare sup se.
adducite huc: et interficite ā
te me. Et his dictis: pcede
bat ascendēs ierosolimā.
Et factū est cū appropin
quasset ad bethphage et be
thaniā. ad montē qui vo
catur oliveti: misit duos
discipulos suos dicens. Ite
in castellū quod contra vos
est: in quod introeūtes inveni
etis pullū asine alligatū.
cui nemo unquā hoīm sedit.
Solvite illū: et adducite.
Et si quis vos interrogaverit
quare solvitis: sic dicetis
ei. Quia dn̄s operā eius de
siderat. Abierunt autē qui
missi fuerant: et invenerunt
sicut dixit illis stantē pullū.
Solventibus autē illis pullū:
dixerunt dn̄i eius ad illos.
Quid solvitis pullū? At il
li dixerunt. Quia dn̄s eū ne
cessariū habet. Et duxerunt
illū ad ihm. Et iactantes
vestimēta sua sup pullū:
inposuerunt ihm. Eunte autē
illo: substernebant vestimē
ta sua in via. Et cū ap
propinquaret iam ad descensū
montis oliveti: ceperunt
omnes turbe descendentiū gau
dentes laudare deū voce mā
na sup omnibus quas vide
rant virtutibus dicentes. Be
dictus qui venit rex in no
mine dn̄i: pax in celo et glo
ria in excelsis. Et quidā
phariseorū de turbis: dixe
runt ad illū. Magister: in
crepa discipulos tuos. Qui
bus ipse ait. Dico vobis:
quia si hii tacuerint lapides
clamabunt. Et ut appro
pinquavit. videns civitatē:

fleuit sup illā dicens. Q̄a
si cognouisses et tu. Et qui
dē in hac die tua que ad pa
cem tibi: nūc aūt abscōdi
ta sūt ab oculis tuis. Quia
venient dies in te et circūda
bunt te inimici tui vallo: et
circūdabunt te et coangusta
būt te vndiqȝ: et ad terrā
psternent te et filios tuos q̄
ī te sūt. Et nō relinquent in
te lapidē sup lapidē: eo qd
nō cognoueris tempus visi
tationis tue. Et ingressus
in templū: cepit eicere ven
dentes in illo et ementes. di
cens illis. Scriptū est: quia
domus mea domus orōnis
est. Vos aūt fecistis illā spe
luncā latronū. Et erat do
cens cotidie in tēplo. Prīci
pes autē sacerdotū et scribe et
prīcipes plebis q̄rebant illū
pdere: et nō inueniebāt quid
facerēt illi. Omīs enī ppłus
suspensus erat audiēs illū.

Et factū Capl' xx.
est in vna dierū
docēte illo pplm in
templo et euāgelizante: cōue
nit principes sacerdotū et scri
be cū senioribȝ. et aiūt dicen
tes ad illū. Dic nobis in q̄
potestate hec facis: aut q̄s
est qui dedit tibi hanc potes
tatē? Respondēs aūt dixit
ad illos. Interrogabo vos
et ego vnū verbū: respōdete
michi. Baptismū iohānis
de celo erat: an ex hominibus?
At illi cogitabāt inter se di
centes. Quia si dixerimus
de celo. dicet. Quare ergo nō
credidistis illi? Si aūt dixeri
mus ex hominibȝ: plebs vniu
sa lapidabit nos. Certi sūt e
nī. iohannē pphetā esse. Et
responderūt se nescire vnde es
set. Et ihūs ait illis. Neqȝ e
go dico vobis: in qua potes
tate hec facio. Cepit aūt
dicere ad plebē parabolam
hanc. Homo quidā planta
uit vineā. et locauit eā colo
nis: et ipse pegre fuit multis
tēporibus. Et in tēpore mi
sit ad cultores seruū: ut de
fructu vinee darent illi. Q'

cesū. dimiserūt eū inanē.
Et addidit alterū seruū mit
tere. Illi autē hunc quoqꝫ cedē
tes et afficientes cōtumelia:
dimiserūt inanē. Et addidit
terciū mittē. Qui et illum
vulnerantes: eiecerūt. Dixit
autē dn̄s vinee. Quid faciā?
Mittā filiū meū dilectū: for
sitan cū hunc viderint verebū
tur. Quē cū vidissent coloni:
cogitauerūt inter se dicentes.
Hic est heres: occidam⁹ illū
et nr̄a fiat hereditas. Et eiec
tū illū extra vineā: occiderūt.
Quid ergo faciet illis dn̄s
vinee? Veniet et pdet colonos
istos: et dabit vineā alijs.
Quo audito: dixerūt illi.
Absit. Ille autē aspiciēs eos.
ait. Quid est ergo hoc quod
scriptū est. lapidē quē repro
bauerūt edificantes hic factus
est in caput anguli? Omnis
qui ceciderit supra illū lapidē:
cōquassabitur. Sup quē autē
ceciderit: cōminuet illum.
Et q̄rebant principes sacer
dotū et scribe mittere in illū
manus illa hora: et timue
rūt ppl̄m. Cognouerūt enī:
qd ad ipsos dixerit similitu
dinē istā. Et obseruantes
miserūt insidiatores qui se
iustos simularent: ut caperēt
eū in sermone. et traderent
illū principatui et potestati
p̄sidis. Et interrogauerūt il
lū dicentes. Magister scimus
quia recte dicis et doces: et
nō accipis psonā: sed in ve
ritate viā dei doces. Licet no
bis tributū dare cesari. an
nō? Considerans autē dolū il
lorū: dixit ad eos. Quid
me temptatis? Ostendite
michi denariū. Cuius habet
ymaginē et inscriptionē?
Respondentes dixerūt ei. Cesa
ris. Et ait illis. Reddite er
go que sunt cesaris cesari: et
que dei sunt deo. Et nō potu
erūt verbū eius rep̄hendere
corā plebe: et mirati in res
ponso eius tacuerūt. Acces
serūt autē quidā saduceorū
qui negant esse resurrectionē:
et interrogauerūt eū dicentes.

Magister. moyses scripsit
nobis. si frater alicuius mor
tuus fuerit habens uxorem. et
hic sine filiis fuerit: ut acci
piat eam frater eius uxorem. et
suscitet semen fratri suo. Sep
tem ergo fratres erant: et primus
accepit uxorem. et mortuus est
sine filiis. Et sequens acce
pit illam: et ipse mortuus est
sine filio. Et tercius accepit
illam. similiter et omnes septem:
et non reliquerunt semen. et mor
tui sunt. Novissime omnium mor
tua est et mulier. In resurrec
tione ergo cuius eorum erit ux
or? Siquidem septem habuerunt
eam uxorem. Et ait illis ihesus.
Filii seculi huius nubunt: et
traduntur ad nuptias. Illi ve
ro qui digni habebuntur se
culo illo et resurrectione ex
mortuis. neque nubunt neque
ducunt uxores: neque enim ultra
mori poterunt. Equales enim
angelis sunt et filii sunt dei: cum
sint filii resurrectionis. Quia
vero resurgant mortui: et mo
yses ostendit secus rubum sicut
dicit dominum deum abraham et deum
ysaac et deum iacob. Deus autem
non est mortuorum: sed vivorum.
Omnes enim vivunt ei. Respon
dentes autem quidam scribarum:
dixerunt. Magister bene dixis
ti. Et amplius non aude
bant eum quicquam interrogare.
Dixit autem ad illos. Quomodo
dicunt christum filium david esse? et
ipse david dicit in libro psal
morum. dixit dominus domino meo sede
a dextris meis. donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum
tuorum? David ergo dominum il
lum vocat: et quomodo filius eius
est. Audiente autem omni populo:
dixit discipulis suis. Attendi
te a scribis: qui volunt am
bulare in stolis: et amant sa
lutationes in foro et primas ca
thedras in synagogis. et pri
mos discubitus in conviviis.
Qui devorant domos vidua
rum: simulantes longam orationem.
Hii accipient dampnationem ma
iorem. Capitulum xxi.
Respiciens autem: vidit
eos qui mittebant

munera sua in gazophila
ciū diuites. Vidit autē et quā
dā viduā paupculā mitten
tem era minuta duo: et dix
it. Vere dico vobis: q̄a hec
vidua paup plusq̄ oēs
misit. Nā oēs hy ex habū
dāti sibi miserūt in mune
ra dei. Hec autē ex eo qd̄ deest
illi omnē victū suū quē ha
buit misit. Et quibusdā
dicentib; de tēplo qd̄ lapidi
bus bonis et donis ornatū
esset: dixit. Hec que videtis:
venient dies in quib; nō relin
quetur lapis sup lapidē qui
nō destruat. Interrogaue
runt autē illū dicentes. Pcep
tor quādo hec erūt: et quod
signū cū fieri incipiēt? Qui
dixit. Videte ne seducamini.
Multi enī venient in nomie
meo dicētes quia ego sū: et
tēpus appropinquabit. Nolite
ergo ire post illos. Cū autē
audieritis plia et seditiōes:
nolite terreri. Oportet pmū
hec fieri: sed nō statim finis.
Tūc dicebat illis. Surget

gens cōtra gentē et regnū
aduersus regnū: et terremo
tus magni erūt per loca.
et pestilentie et fames: ter
roresq; de celo et signa mag
erūt. Sed ante hec omnia
iniciēt vobis manus suas
et psequentur: tradētes in sy
nagogas et custodias tra
hentes ad reges et p̄sides, p
ter nomē meū. Cōtinget
autē vobis in testimoniū.
Ponite ergo in cordibus
vrīs: nō pmeditari quēad
modū respōdeatis. Ego enī
dabo vobis os et sapientiā:
cui nō poterūt resistere et cō
tradicere oēs aduersarii
vrī. Trademini autē a paren
tibus et fratrib; et cognatis
et amicis: et morte afficiēt
ex vobis. Et eritis odio ō
nibus, pter nomē meū. Et
capillus de capite vrō non
peribit. In paciētia vrā:
possidebitis aīmas vrās.
Cum autē videritis circū
dari ab exercitu ihrlm: tūc
scitote q̄a appropinquabit

desolatio eius. Tunc qui
in iudea sunt fugiant ad mō
tes. et qui in medio disce
dant. et qui in regionibꝫ nō
intrent in eā. quia dies ultio
nis hii sunt. ut impleantur omnia
que scripta sunt. Ve autē
pregnantibꝫ et nutrientibꝫ in
illis diebus. Erit enim pres
sura magna sup terrā: et
ira populo huic. Et cadent
in ore gladii: et captiui du
centur in omnes gentes. Et ihe
rusalē calcabitur a gentibus:
donec impleantur tēpora natio
num. Et erunt signa in sole
et luna et stellis. et in terris
pressura gentiū pre cōfusio
ne sonitus maris et fluctu
um: arescentibꝫ hominibus
pre timore et expectatione que
superuenient uniuerso orbi.
Nā uirtutes celorū mouebū
tur. Et tunc uidebunt filiū
hominis uenientē in nube:
cū potestate magna et ma
iestate. Hiis autē fieri incipiē
tibus: respicite et leuate ca
pita uestra. quoniam appropinquat
redemptio vestra. Et dixit illis
similitudinē. Videte ficulneā:
et omnes arbores. Cum producunt
iā ex se fructū: scitis quoniam prope
est estas. Ita et vos cū vide
ritis hec fieri: scitote quoniam prope
est regnū dei. Amē dico vobis:
quia nō preteribit generatio
hec. donec omnia fiant. Celū
et terra transibunt: verba autē
mea nō transibunt. Attendite
autē vobis. ne forte grauentur
corda vestra in crapula et ebri
etate. et curis huius vite: et
superueniat in vos repentina
dies illa. Tamquam laqueus
enim superueniet in omnes. qui
sedent sup faciē omnis terre. Vigi
late itaque omni tēpore orantes:
ut digni habeamini fugere ista
omnia que futura sunt. et stare
ante filiū hominis. Erat autē diebꝫ
docens in templo: noctibꝫ vero ex
iens morabatur in monte qui
vocatur oliueti. Et omnis populus
manicabat in templo audire
eum. Capitulum xxii.

Appropinquabat autem
dies festus azimo

tū: qui dicitur pascha. Et
q̄rebant principes sacerdotū
et scribe: quomodo eū inter
ficerēt. Timebāt vero plebē.
Intrauit autē sathanas
in iudā qui cognominabat
scarioth: vnū de duodecim.
Et abijt et locutus est cū
principibꝫ sacerdotū et ma
gistratibꝫ: quēadmodū il
lū traderet eis. Et gauisi st̄:
et pacti sūt pecuniā illi dare.
Et spospōdit. Et q̄rebat
oportunitatē: ut traderet
illū sine turbis. Venit autē
dies azimorū in qua neces
se erat occidi pascha: et
misit petrū et iohannē di
cens. Euntes parate nobis
pascha: ut māducemus.
At illi dixerūt. Vbi vis pa
remus? Et dixit ad eos. Ecce
introeūtibꝫ vobis in ciuita
tem: occurret vobis homo
amphorā aque portās. Se
quimini eū in domū in quā
intrat: et dicetis patrifamili
as domus. Dicit tibi magis
ter. Vbi est diuersoriū ubi
pascha cū discipulis meis
manducē? Et ipse vobis os
tendet cenaculū magnū str̄
tū: et ibi parate. Euntes au
tem inuenerūt sicut dixit illis:
et parauerūt pascha. Et cū
facta esset hora discubuit:
et duodecī apli cū eo. Et
ait illis. Desiderio desidera
ui hoc pascha māducare
vobiscū: anteq̄ patiar.
Dico autē vobis: quia ex
hoc nō māducabo illud.
donec impleatur in regno dei.
Et accepto calice: gracias
egit. et dixit. Accipite: et di
uidite inter vos. Dico enī vo
bis: qd nō bibā de genera
tione vitis donec regnū dei
veniat. Et accepto pane.
gracias egit et fregit: et de
dit eis dicens. Hoc est corp
meū quod pro vobis datur:
hoc facite in meā cōmemo
ratione. Similiter et cali
cē: postq̄ cenauit dicens. Hic
est calix nouū testamentū
in meo sanguine: qui pro vo
bis fundetur. Verūptamē

ecce manus tradentis me me
cum est in mensa. Et quidem fi
lius hominis secundum quod diffini
tum est vadit. Verumptamen
ve illi homini: per quem tradetur.
Et ipsi ceperunt querere inter
se: quis esset ex eis qui hoc
facturus esset. Facta est
autem et contentio inter eos: quis
eorum videretur esse maior. Dix
it autem eis. Reges gentium do
minantur eorum: et qui potes
tatem habent super eos benefi
ci vocantur. Vos autem non sic.
Sed qui maior est in vobis:
fiat sicut iunior. Et qui pre
cessor est: sicut ministrator.
Nam quis maior est. qui
recumbit an qui ministrat?
Nonne qui recumbit? Ego autem
in medio vestrum sum: sicut qui
ministrat. Vos autem estis: qui
permansistis mecum in tempta
tionibus meis. Et ego dispo
no vobis sicut disposuit
michi pater meus regnum:
ut edatis et bibatis super
mensam meam in regno meo:
Et sedeatis super thronos
iudicantes duodecim tribus israel.
Ait autem dominus symoni. Sy
mon: ecce sathanas expeti
vit vos ut cribraret sicut tri
ticum. Ego autem rogavi pro te
ut non deficiat fides tua. Et
tu aliquando conversus: confir
ma fratres tuos. Qui dixit
ei. Domine: tecum paratus sum
et in carcerem et in mortem ire.
Et ille dixit. Dico tibi petre
non cantabit hodie gallus
donec ter abneges nosse me.
Et dixit eis. Quando misi
vos sine sacculo et pera et cal
ciamentis: numquid aliquid
defuit vobis? At illi dixerunt.
Nichil. Dixit ergo eis. Sed
nunc qui habet sacculum: tol
lat similiter et peram. Et qui
non habet: vendat tunicam
suam et emat gladium. Dico
enim vobis: quia adhuc hoc
quod scriptum est oportet impleri
in me. Et cum iniquis deputatus
est. Etenim ea que sunt de me:
finem habent. At illi dixerunt.
Domine: ecce gladii duo hic. At
ille dixit eis. Satis est. Et

egressus ibat secundū cōsue
tudinē in montē oliuarum.
Secuti sūt autē illū et discipu
li. Et cū puenisset ad locū:
dixit illis. Orate: ne intretis
in temptationē. Et ipse a
uulsus est ab eis: quātū iac
tus est lapidis. Et positis ge
nibus: orabat dicens. Pa
ter si vis: transfer calicē istū
a me. Verūptamen nō mea
volūtas: sed tua fiat. Ap
paruit autē illi āgelus de celo:
cōfortans eū. Et factus in a
gonia: plixius orabat. Et
factus est sudor eius: sicut gut
te sāguinis decurrētis in trā.
Et cū surrexisset ab orōne
et venisset ad discipulos su
os: inuenit eos dormiētes pre
tristicia. Et ait illis. Quid
dormitis? Surgite: orate ne
intretis in tēptationē. Adhuc
eo loquēte: ecce turba et qui
vocabatur iudas vnus de duo
decī antecedebat eos. Et appro
pinquauit ihesu: ut oscularetur
eū. Ihesus autē dixit illi. Iu
da osculo filiū hominis tradis?

Uidentes autē hy qui circa
ipm erāt quod futurū erat:
dixerunt ei. Dñe: si percutim⁹
in gladio? Et percussit vnus
ex illis seruū principis sacer
dotū: et amputauit auriculā
eius dextrā. Respōdens autē
ihesus ait. Sinite usqz huc.
Et cū tetigisset auriculā ei⁹:
sanauit eū. Dixit autē ihs
ad eos qui venerāt ad se prī
cipes sacerdotū. et magistra
tus templi et seniores. Quasi
ad latronē existis cū gladi
is et fustibus: cū cotidie vo
biscū fuerim in tēplo et nō
extendistis manus in me?
Sed hec est hora vrā: et po
testas tenebrarū. Compre
hendentes autē eū: duxerunt ad
domū principis sacerdotū.
Petrus vero sequebatur a lō
ge. Accenso autē igne in me
dio atrio et circūsedentibus
illis: erat petrus in medio
eorū. Quē cū vidisset ancil
la quedā sedentē ad lumen
et eū fuisset intuita: dixit. Et
hic cū illo erat. At ille ne

gauit eũ dicens. Mulier nõ
noui illũ. Et post pusillũ:
alius uidens eũ dixit. Et tu
de illis es. Petrus vero ait.
O homo. nõ sũ. Et interual
lo facto quasi hore unius:
alius quidã affirmabat di
cens. Vere. et hic cũ illo erat.
Nã et galileus est. Et ait
petrus. Homo nescio quid
dicis. Et cõtinuo adhuc il
lo loquẽte: cantauit gallus.
Et cõuersus dñs: respexit
petrũ. Et recordatus est petr⁹
verbi dñi sicut dixerat: quia
priusq̃ gallus cantet. ter me
negabis. Et egressus foras
petrus: fleuit amare. Et
viri qui tenebãt eũ: illude
bant ei cedẽtes. Et velauerũt
eũ et percuciebãt faciẽ eius:
et interrogabãt eũ dicẽtes. Pro
phetiza: q̃s ẽ qui te percussit?
Et alia multa blasphemã
tes dicebãt in eũ. Et ut
factus est dies: cõuenerunt
seniores plebis et principes
sacerdotũ et scribe. et duxerũt
illũ in conciliũ suũ dicẽtes.

Si tu es xp̃c: dic nobis. Et
ait illis. Si vobis dixero: nõ
credetis michi. Si aũt et int
rogauero: nõ respõdebitis
michi neq; dimittetis. Ex
hoc aũt erit filius hominis se
dens a dextris virtutis dei.
Dixerũt aũt omnes. Tu er
go es filius dei? Qui ait. Vos
dicitis quia ego sũ. At illi
dixerũt. Quid adhuc deside
ramus testimoniũ? Ipsi eñ
audiuim⁹ de ore eius. Capl'

Et surgẽs om xxiij.
nis multitudo eo
rũ: duxerũt illum
ad pilatũ. Ceperũt autẽ
accusare illũ dicẽtes. Hunc
inuenimus subuertentẽ gentẽ
nrãm. et prohibentẽ tributa
dari cesari: et dicentẽ se xp̃m
regẽ esse. Pilatus aũt int
rogauit eũ dicens. Tu es rex
iudeorũ? At ille respondens
ait. Tu dicis. Ait aũt pi
latus ad principes sacerdotũ
et turbas. Nichil inuenio cau
se in hoc homine. Et illi
inualescebãt dicẽtes. Cõmo

uit populum docens per uniuer
sam iudeam: et incipiens a galile
a usque huc. Pilatus autem
audiens galileam: interroga
uit si homo galileus esset.
Et ut cognouit quod de hero
dis potestate esset: remisit
eum ad herodem. qui et ipse ihe
rosolimis erat illis diebus.
Herodes autem uiso ihesu: gaui
sus est ualde. Erat enim cupi
ens ex multo tempore uidere eum:
eo quod audiret multa de illo.
et sperabat signum aliquod ui
dere ab eo fieri. Interrogabat
autem illum multis sermonibus.
At ipse nichil illi respondebat.
Stabant etiam principes sacerdotum
et scribe constanter accusantes eum. Spre
uit autem illum herodes cum exercitu su
o: et illusit indutum ueste alba:
et remisit ad pylatum. Et facti sunt
amici herodes et pylatus in ipsa die:
nam antea inimici erant ad inui
cem. Pilatus autem conuoca
tis principibus sacerdotum et
magistratibus et plebe: dixit
ad illos. Obtulistis michi
hunc hominem quasi auertentem

populum: et ecce ego coram uobis
interrogans nullam causam inue
ni in homine isto. ex hiis in
quibus eum accusatis: Sed ne
que herodes. Nam remisi uos
ad illum: et ecce nichil dignum
morte actum est ei. Emendatum
ergo illum dimittam. Necesse
autem habebat dimittere eis per
diem festum unum. Exclamauit
autem simul uniuersa turba
dicens. Tolle hunc: et dimit
te nobis barraban. Qui
erat propter sedicionem quandam
factam in ciuitate et homici
dium missus in carcerem. Ite
rum autem pilatus locutus est
ad illos: uolens dimittere
ihesum. At illi succlamabant
dicentes. Crucifige crucifige
illum. Ille autem tercio dixit
ad illos. Quid enim mali
fecit iste? Nullam causam mor
tis inuenio in eo. Corripiam
ergo illum: et dimittam. At
illi instabant uocibus mag
nis: postulantes ut crucifige
retur. Et inualescebant uoces eo
rum. Et pilatus adiudica

uit fieri petitionē eorū. Di
misit autē illis eū qui propter
homicidiū et seditionē mis
sus fuerat in carcerē quē pe
tebant: ihm vero tradidit
volūtati eorū. Et cū du
cerent eū. apprehenderūt symo
nem quēdā cyreneusem veni
entē de villa: et imposuerūt
illi crucē portare post ihm.
Sequebat̃ autē illū turba
multa ppli et mulierū: que
plangebāt et lamētabant̃
eū. Cōuersus autē ad illas
ihūs: dixit. Filie ihrlm noli
te flere sup me: sed sup vos
ipsas flete et sup filios ves
tros. Qm ecce venient dies:
in quibz dicent. Beate steri
les et ventres que nō genue
rūt: et vbera que nō lacta
uerūt. Tūc incipient dicē mō
tibus cadite sup nos: et col
libus operite nos. Quia si
in viridi ligno hec faciūt:
in arido quid fiet? Duce
bant̃ autē et alij duo nequā
cū eo: ut interficerentur. Et
postqȝ venerūt in locū qui

vocatur caluarie: ibi crucifix
erūt eū. Et latrones: vnū
a dextris et alterū a sinistris.
Ihūs autē dicebat. Pater
dimitte illis: nō enī sciunt
quid faciūt. Diuidentes
vero vestimēta eius miserūt
sortes: et stabat populus exper
tans. Et deridebāt illū prī
cipes cū eis dicētes. Alios sal
uos fecit: se saluū faciat si
hic est xpc dei electus. Illu
debant autē ei et milites acce
dentes: et acetū offerētes illi
dicētes. Si tu es rex iudeorū:
saluū te fac. Erat autē et
supscriptio scripta sup illū:
litteris grecis et latinis et he
braicis: hic est rex iudeorū.
Unus autē de hiis q pēdē
bant latronibz: blasphemā
bat eū dicens. Si tu es xpc:
saluū fac temetipm et nos.
Respondēs autē alter: incre
pabat illū dicens. Neqz tu
times deū: qd in eadē damp
natione es? Et nos quidem
iuste: nā digna factis reci
pimus: hic vero nichil ma

li gessit. Et dicebat ad ihm.
Dn̄e memento mei: cū veneris
in regnū tuū. Et dixit illi
ihus. Amen dico tibi: hodie
mecū eris in paradiso. E
rat aūt fere hora sexta: et te
nebre facte sūt in universa
terra usq; in horā nonā. Et
obscuratus est sol: Et ve
lū templi scissū est mediū.
Et clamans voce magna
ihus ait. Pater. in manus
tuas cōmendo spiritū meū.
Et hec dicens expiravit. Vi
dens aūt centurio qđ factū
fuerat: glorificavit deū di
cens. Vere. hic homo iustus
erat. Et omīs turba eorū
qui simul aderant ad specta
culū istud. et videbāt que fie
bāt: percucientes pectora sua
revertebantur. Stabant aūt
omēs noti eius alonge: et
mulieres que secute erāt eū
a galilea hec vidētes. Et
ecce vir nomīe ioseph qui e
rat decurio vir bonus et ius
tus: hic nō cōsenserāt cōsilio
et actibus eorū ab arimathia
civitate iudee: qui expecta
bat et ipse regnū dei. Hic ac
cessit ad pylatū: et peciit
corpus ihu. Et depositū
involuit syndone: et posuit
eū in monumento exciso. in
quo nondū quisq; positus
fuerat. Et dies erat paras
cenes: et sabbatū illucescebat.
Subsecute aūt mulieres que
cū ipso venerāt de galilea
viderūt monumentū: et que
admodū positū erat corpus
eius. Et revertētes para
verūt aromata et unguēta:
et sabbato quidē siluerunt
scđm mandatū. Capl' xxiiij.
Una aūt sabbati
valde diluculo ve
nerūt ad monu
mentū: portātes que para
verāt aromata. Et invenerūt
lapidē revolutū a monu
mēto: et īgresse nō īvenerūt
corpus dn̄i ihu. Et factū est
dū mente cōsternatē essent
de isto: ecce duo viri steterūt
secus illas in veste fulgenti.
Cum timerent aūt et declia

erent vultū in terrā: dixerūt
ad illas. Quid q̄ritis vi-
uentē cū mortuis? Non est
hic: sed surrexit. Recordamini
qualit̄ locutus est vobis:
cū adhuc in galilea esset
dicens. Quia oportet filiū
hominis tradi in manus ho
minū pc̄torū et crucifigi:
et die tercia resurgere. Et re
cordate sūt verborū eius.
Et regresse a monumēto:
nunciauerūt hec omīa illis
vndecī. et ceteris omībus.
Erat autē maria mag
dalene et iohāna et maria
iacobi et cetere que cū eis e
rant: que dicebāt ad apos
tolos hec. Et visa sūt ante
illos sicut deliramentū ver
ba ista: et nō credebāt illis.
Petrus aūt surgens cucur
rit ad monumentū: et pro
cūbens vidit lintheamīa
sola posita: et abiit secum
mirans quod factū fuerat.
Et ecce duo ex illis ibant
ipa die in castellū quod e
rat in spacio stadiorū sexa
ginta ab ierlm: nomīe e
maus. Et ipi loquebant̄ ad
inuicem: de hiis omībus que
acciderāt. Et factū est dum
fabularent̄ et secū quererēt:
et ipe ihc̄ appropīquans
ibat cū illis. Oculi autē eo
rū tenebant̄: ne eū agnos
cerent. Et ait ad illos. Qui
sūt hii sermones quos cōfer
tis adīuicē ambulātes et
estis tristes? Et respondens
vnus cui nomē cleophas:
dixit ei. Tu solus peregrin9
es in ierlm. et nō cognouis
ti que facta sūt in illa hiis
diebus? Quibus ille dixit.
Que? Et dixerūt. De ihu
nazareno: qui fuit vir pro
pheta potens in opere et ser
mone. corā deo et omī pplo.
Et quomodo tradiderūt eū
summi sacerdotes et pricipes
nri in dāpnatione mortis:
et crucifixerūt eū. Nos aūt
sperabamus: quia ipe esset
redēpturus isrl. Et nūc sup
hec omīa: tercia dies est ho
die qđ hec facta sūt. Sed et

mulieres quedam ex nostris terru-
erunt nos: que ante lucem fue-
runt ad monumentum. Et non
invento corpore eius: vene-
runt dicentes se etiam visionem
angelorum vidisse. qui dicunt
eum vivere. Et abierunt quidam
ex nostris ad monumentum:
et ita invenerunt sicut mulie-
res dixerunt: ipsum vero non
invenerunt. Et ipse dixit ad e-
os. O stulti et tardi corde
ad credendum: in omnibus que
locuti sunt prophete. Nonne hec
oportuit pati christum: et ita
intrare in gloriam suam? Et
incipiens a moyse et omnibus
prophetis: interpretabatur illis
in omnibus scripturis que de
ipso erant. Et appropinqua-
verunt castello quo ibant: et
ipse se finxit longius ire. Et
coegerunt illum dicentes. Mane
nobiscum quoniam advesperascit:
et inclinata est iam dies. Et
intravit cum illis. Et factum est
cum recumberet cum illis: accepit
panem et benedixit et fregit et
porrigebat illis. Et aperti
sunt oculi eorum: et cognove-
runt eum. Et ipse evanuit ex
oculis eorum. Et dixerunt ad
invicem. Nonne cor nostrum ar-
dens erat in nobis: dum lo-
queretur in via. et aperiret
nobis scripturas? Et surgen-
tes eadem hora regressi sunt
in ierusalem: et invenerunt congre-
gatos undecim. et eos qui cum
ipsis erant. dicentes quod sur-
rexit dominus vere. et apparuit
symoni. Et ipsi narrabant
que gesta erant in via: et quo-
modo cognoverunt eum in frac-
tione panis. Dum hec au-
tem loquerentur: stetit ihesus in medio dis-
cipulorum suorum. et dixit eis. Pax
vobis. Ego sum: nolite timere. Con-
turbati vero et conterriti: existimabant
se spiritum videre. Et dixit eis. Quid tur-
bati estis: et cogitationes ascen-
dunt in corda vestra? Videte manus me-
as et pedes: quia ego ipse sum. Pal-
pate et videte: quia spiritus car-
nem et ossa non habet. sicut me
videtis habere. Et cum hoc dix-
isset: ostendit eis manus
et pedes. Adhuc autem illis

nō credentibus et mirātibus
pre gaudio: dixit. Habetis
hic aliq̄d quod manducetur?
At illi optulerūt ei partē pi
scis assi: et fauū mellis. Et
cū manducasset corā eis: su
mens reliquias dedit eis.
Et dixit ad eos. Hec sunt
verba que locutus sū ad vos
cū adhuc essem vobiscū:
q̄m necesse est impleri omnia
que scripta sūt in lege moy
si et pphetis et psalmis de
me. Tūc aperuit illis sen
sū: ut intelligerēt scripturas.
et dixit eis. Q̄m sic scriptū
est. et sic oportebat xp̄m pa
ti et resurgere a mortuis di
e tertia: et p̄dicari in nōie
eius penitentiā et remissio
nem pctōrū in omēs gētes.
incipientibz ab iherosolima.
Vos aūt estis testes horz. e
go mittā pmissū pris mei
in vos. Vos aūt sedete in ci
uitate: quoadusqz induami
ni virtute ex alto. Eduxit
aūt eos foras in bethaniā:
et eleuatis manibus suis
benedixit eis. Et factū ē dū bndi
ceret illis: recessit ab eis et ferebatur
i celū. Et ipsi adorātes regressi
sūt i ihrlm cū gaudio magno.
Et erant semp in templo
laudātes et benedicētes deū.

Explicit euāgeliū scdm lu
cam. Incipit prologus in
euāgeliū scdm iohannē.



Hic est iohā
nes euāge
lista vnus
ex discipul
dei qui vir
go electus a deo est: quē de
nupcijs volentē nubere vo
cauit deus. Cui virginitatis
in hoc duplex testimoniū
in euāgelio datur: qd̄ et p
ceteris dilectus a deo dicitur:
et huic matrē suā de cruce
cōmendauit dn̄s ut virgi
nē virgo seruaret. Denique
manifestās in euāgelio qd̄
erat ip̄e incorruptibilis verbi
opus inchoans: solus vbū
carnē factū esse. nec lumē a
tenebris cōprehensū fuisse
testatur. Primū signū po

neris quod in nuptiis fieri dominus: ut ostendens quod erat ipse legentibus demonstraret. quod ubi dominus invitatus deficere nuptiarum vinum debeat: ut et veteribus immutatis. nova omnia que a christo instituuntur appareant. Hoc autem evangelium scripsit in asia. posteaquam in pathmos insula apocalipsim scripserat: ut cui in principio canonis incorruptibile principium in genesi. etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalipsim redderetur. dicente christo. Ego sum alpha et o. Et hic est iohannes qui sciens supervenisse diem recessus sui. convocatis discipulis suis in epheso per multa signorum experimenta promens christum. descendens in defossum sepulture sue locum. facta oratione positus est ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis invenitur alienus. Tamen post omnes evangelium scripsit: et hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio vel librorum ordinatio. ideo per singula a nobis non exponitur: ut sciendi desiderio collocato. et querentibus fructus laboris. et deo magisterii doctrina servetur.

Explicit prologus. Incipit evangelium secundum iohannem.



n principio erat verbum. Et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est: in ipso vita erat. Et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimonium.

ut test monium phiberet
de lumine: ut omēs crede
rent per illū. Nō erat ille
lux: sed ut testimoniū ph
beret de lumīe. Erat lux
vera: que illuminat omnē
hominē venientē in hunc
mundū. In mundo erat: et
mūdus per ipm̄ factus est:
et mūdus eū nō cognouit.
In ꝓpria venit: et sui eū
nō receperūt. Quotquot autē
receperūt eū: dedit eis potes
tatē filios dei fieri. hys qui
credūt in nomīe eius. Qui
nō ex sanguinibꝫ neqꝫ ex vo
luntate carnis neqꝫ ex volū
tate viri: sed ex deo nati sūt.
Et verbū caro factū est:
et habitauit in nobis. Et
vidimus gloriā eius: glori
am quasi vnigeniti a pr̄e.
Plenū gracie et veritatis.
Iohānes testimoniū phi
bet de ipso: et clamat dicēs.
Hic erat quē dixi. Qui post
me venturus est ante me fac
tus est: quia prior me erat.
Et de plenitudine eius nos
omēs accepimus. et graciā
pro gracia: quia lex per mo
ysen data est: gracia et veri
tas per ihm̄ xp̄m facta est.
Deū nemo vidit vmq̄ȝ.
Vnigenitus filius qui est in
sinu patris: ipse enarrauit.
Et hoc est testimoniū io
hānis quādo miserūt iudei
ab iherosolimis sacerdotes
et leuitas ad eū: ut interro
garent eū. tu quis es? Et cō
fessus est: et nō negauit. Et
cōfessus est: quia nō sū ego
xp̄c. Et interrogauerūt eū. Quid
ergo? Helyas es tu? Et dix
it. Nō sū. ꝓpheta es tu? Et
respondit. Non. Dixerunt
ergo ei. Quis es. ut responsū
demus hys qui miserūt nos?
Quid dicis de teipo? Ait. E
go vox clamātis in deserto:
dirigite viā dn̄i sicut dixit
ysaias ꝓpheta. Et qui mis
si fuerāt: erant ex phariseis.
Et interrogauerūt eū: et dixe
rūt ei. Quid ergo baptizas:
si tu nō es xp̄c. neqꝫ helyas.
neqꝫ ꝓpheta? Respōdit eis

iohãnes dicens. Ego bapti
zo in aqua: medius autẽ
vẽm stetit quẽ vos nescitis.
Ipse est qui post me ventur9
est qui ante me factus est:
cuius ego nõ sũ dignus. ut
soluã eius corrigiã calcia
menti. Hec in bethania
facta sũt trans iordanẽ: v
bi erat iohãnes baptizans.
Altera die vidit iohãnes ihe
sũ venientẽ ad se: et ait. Ec
ce agnus dei: qui tollit pec
catũ mũdi. Hic est de q°
dixi. Post me venit vir qui
ante me fact9 ẽ: qr prior me e
rat. Et ego nesciebã eũ. Sed ut
manifestet' isrl': ꝓpterea veni
ego in aqua baptizans.
Et testimoniũ ꝑhibuit
iohãnes dicens. Quia vidi
spiritũ descendentẽ quasi co
lumbã de celo: et mansit su
per eũ. Et ego nesciebã eum.
Sed qui misit me baptizare
in aqua: ille michi dixit. Su
per quẽ videris spiritũ descen
dentẽ et manentẽ sup eũ: hic
est qui baptizat in spiritu

sancto. Et ego vi[di] et
testimoniũ ꝑhibu[i]: q'a
hic est filius dei. Altera di
e iterũ stabat iohãnes: et ex
discipulis eius duo. Et respi
ciens ihm ambulantẽ dicit.
Ecce agnus dei. Et audierũt
eũ duo discipuli loquentẽ:
et secuti sũt ihm. Cõuersus
autẽ ihs et videns eos seq
tes se: dicit eis. Quid q̃ritis?
Qui dixerũt ei. Rabbi: qd
dicit' interpretatũ magister.
Ubi habitas? Dicit eis. Ve
nite et videte. Venerũt et vi
derũt ubi maneret: et ap' eũ
manserũt die illo. Hora aũt
erat quasi decima. Erat aũt
andreas frater symonis pe
tri: unus ex duobus q' au
dierãt a iohãne. et secuti
fuerãt eũ. Invenit hic pri
mũ fratrẽ suũ symonẽ: et
dicit ei. Invenim9 messyã:
quod est interpretatũ xp̄c. Et
adduxit eũ ad ihm. Intu
itus autẽ eũ ihs dixit. Tu
es symon filius iohãna:
tu vocaberis cephas quod

interpretatur petrus. In crastinum voluit exire in galileam: et invenit philippum. et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida civitate andree et petri. Invenit philippus nathanahel: et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete: invenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et dicit ei nathanahel. A nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanahel venientem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti? Respondit ihesus: et dixit ei. Priusquam te philippus vocaret: cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei nathanahel: et ait. Rabbi. tu es filius dei: tu es rex israel. Respondit ihesus: et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertum. et angelos dei ascendentes et descendentes supra filium hominis.

Et die Capitulum ii. tertia nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater ihesu ibi. Vocatus est autem et ihesus: et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater ihesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihesus. Quid michi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapidee ydrie sex posite secundum purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis ihesus. Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam. et non sciebat unde esset. ministri autem sciebant qui haurierant aquam: vocat sponsum architriclinus. et di-

cit ei. Omīs homo primū
bonū vinū ponit: et cū ine
briati fuerint. tūc id quod
deterius est. Tu aūt servasti
bonū vinū usqz adhuc. Hoc
fecit initiū signorū ihūs in
chana galilee: et manifesta
vit gloriā suā. Et crediderūt
in eū discipuli ei⁹. Post hec
descendit in capharnaū ipse
et mater eius et fratres eius
et discipuli eius: et ibi man
serūt nō multis diebȝ. Et
ppe erat pascha iudeorū: et
ascendit ierosolimā ihūs.
Et invenit in tēplo vendē
tes boves et oves et colūbas:
et nūmularios sedētes. Et cū
fecisset quasi flagellū de funi
culis: omēs eiecit de templo
Oves quoqz et boves et nū
mulariorū effudit es: et mē
sas subvertit. Et hijs qui co
lūbas vendebāt dixit. Aufer
te ista hinc: et nolite facē do
mū patris mei domū nego
ciationis. Recordati vero
sūt discipuli eius: quia scrip
tū est. Zelus domus tue cōe
dit me. Responderūt ergo
iudei: et dixerūt ei. Quod
signū ostendis nobis. quia
hec facis. Respōdit ihūs:
et dixit eis. Solvite templū
hoc: et in tribus diebus
excitabo illud. Dixerunt
ergo iudei. Quadra
ginta et sex ānis edificatū
ē tēplū hoc. et tu tribȝ diebȝ
excitabis illud. Ille aūt di
cebat de tēplo corporis sui.
Cū ergo resurrexisset a mor
tuis. recordati sūt discipuli
eius quia hoc dicebat: et
crediderūt scripture et sermo
ni quē dixit ihūs. Cū autē
esset ierosolimis in pascha
in die festo: multi crediderūt
in nomine eius. videntes sig̃
eius que faciebat. Ipse autē
ihūs nō credebat semetipsū
eis: eo qd ipse nosset omēs:
et quia opus ei nō erat. ut qs
testimoniū phiberet de homi
ne. Ipse eñ sciebat: qd esset
in homine. Capl' iii.
Erat aūt homo
ex phariseis nycho

demus nomine: princeps iudeo
rum. Hic venit ad eum nocte: et
dixit ei. Rabbi: scimus quia
a deo venisti magister. Nemo
enim potest hec signa facere que
tu facis: nisi fuerit deus cum
eo. Respondit ihesus: et dixit
ei. Amen amen dico tibi: nisi
quis natus fuerit denuo. non
potest videre regnum dei. Dicit
ad eum nychodemus. Quomodo
potest homo nasci cum sit se
nex? Numquid potest in ven
trem matris sue iterum introire.
et nasci? Respondit ihesus. A
men amen dico tibi: nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spi
ritu: non potest introire in reg
num dei. Quod natum est ex car
ne: caro est. Et quod natum
est ex spiritu: spiritus est. Non
mireris quia dixi tibi: opor
tet vos nasci denuo. Spiritus
ubi vult spirat: et vocem
eius audis: sed non scis unde
veniat et quo vadat. Sic est
omnis qui natus est ex spiritu.
Respondit nychodemus: et
dixit ei. Quomodo possunt
hec fieri? Respondit ihesus: et
dixit ei. Tu es magister in is
rael. et hec ignoras? Amen
amen dico tibi: quia quod
scimus loquimur. et quod vi
dimus testamur: et testimo
nium nostrum non accipitis. Si ter
rena dixi vobis et non credi
tis: quomodo si dixero vobis
celestia credetis? Et nemo ascen
dit in celum nisi qui descendit
de celo: filius hominis qui est
in celo. Et sicut moyses exal
tavit serpentem in deserto: ita
exaltari oportet filium homi
nis: ut omnis qui credit in
ipso non pereat: sed habeat
vitam eternam. Sic enim deus di
lexit mundum ut filium suum v
nigenitum daret: ut omnis qui
credit in eum non pereat: sed
habeat vitam eternam. Non enim
misit deus filium suum in mun
dum ut iudicet mundum: sed
ut salvetur mundus per ipsum.
Qui credit in eum: non iudica
tur. Qui autem non credit iam
iudicatus est: quia non cre
dit in nomine unigeniti fili

dei. Hoc est autē iudiciū: q̄
a lux venit in mūdū: et di
lexerūt homīes magis tene
bras q̄ lucē. Erant enī eorū
mala opera. Omīs enī qui
male agit odit lucē: et nō
venit ad lucē ut nō arguā
tur opa eius. Qui autē fa
cit veritatē venit ad lucē: ut
manifestentur eius opera q̄a
in deo sunt facta. Post hec
venit ihc̄ et discipuli eius
in iudeā terrā: et illic demo
rabatur cū eis et baptizabat.
Erat autē et iohānes bap
tizans in enon iuxta salim:
quia aque multe erāt illic.
et veniebāt et baptizabantur.
Nondū enī missus fuerat
in carcerē iohānes. Facta
est ergo questio ex discipulis
iohānis cū iudeis de purifica
tione: et venerūt ad iohānē
et dixerūt ei. Rabbi qui erāt
tecū trans iordanem cui tu
testimoniū phibuisti: ecce
hic baptizat. et omēs veni
unt ad eū. Respōdit iohā
nes: et dixit. Nō potest ho
mo accipere quicq̄: nisi fuerit
ei datū de celo. Ipsi vos mi
testimoniū phibetis qđ dixe
rim ego nō sū xp̄c: sed quia
missus sū ante illū. Qui ha
bet sponsā: sponsus est. Ami
cus autē sponsi qui stat et au
dit eū: gaudio gaudet ppter
vocē sponsi. Hoc ergo gau
diū meū impletū est. Illum
oportet crescere: me autē mi
nui. Qui de sursū venit: sup
omēs est. Qui est de terra: de
terra est et de terra loquitur. Q̄
de celo venit: supra omēs est.
Et quod vidit et audivit
hoc testatur: et testimoniū
eius nemo accipit. Qui ac
cipit eius testimoniū: signa
vit quia deus verax est. Quē
enī misit deus: verba dei loq
tur. Nō enī ad mensurā dat
deus spiritū. Pater diligit
filiū: et omnia dedit in manu
eius. Qui credit in filiū:
habet vitā eternā. Qui autē
incredulus est filio. nō vide
bit vitā: sed ira dei manet
super eum. Caplm iiii.

Ut ergo cognovit
ihesus quia audie
runt pharisei quia
ihesus plures discipulos fa
cit et baptizat quam iohannes:
quamquam ihesus non baptizaret.
sed discipuli eius. Reliquit
iudeam. et abiit iterum in gali
leam. Oportebat autem eum
transire per samariam. Venit
ergo in civitatem samarie que
dicitur sychar: iuxta predium
quod dedit iacob ioseph filio
suo. Erat autem ibi fons ia
cob. Ihesus ergo fatigatus ex
itinere: sedebat sic supra fontem.
Hora erat quasi sexta. Venit
mulier de samaria. haurire
aquam. Dicit ei ihesus. Da mi
bibere. Discipuli enim eius ab
ierant in civitatem: ut cibos
emerent. Dicit ergo ei muli
er illa samaritana. Quomodo
tu iudeus cum sis bibere a me
poscis: que sum mulier sama
ritana? Non enim coutuntur iu
dei samaritanis. Respondit
ihesus: et dixit ei. Si scires do
num dei et quis est qui dicit ti
bi da michi bibere: tu forsi
tan petisses ab eo et dedisset
tibi aquam vivam. Dicit ei mu
lier. Domine neque in quo hauri
as habes: et puteus altus
est. Unde ergo habes aquam
vivam? Numquid tu maior
es patre nostro iacob qui dedit
nobis puteum: et ipse ex eo bi
bit et filii eius et pecora eius?
Respondit ihesus: et dixit ei. Omnis qui
bibit ex aqua hac: sitiet iterum. Qui
autem biberit ex aqua quam ego dabo ei:
non sitiet in eternum. Sed aqua quam
ego dabo ei: fiet in eo fons aque
salientis in vitam eternam. Di
cit ad eum mulier. Domine da mi
hanc aquam: ut non sitiam. ne
que veniam huc haurire. Dicit
ei ihesus. Vade voca virum tu
um: et veni huc. Respondit
mulier: et dixit. Non habe
o virum. Dicit ei ihesus. Bene
dixisti: quia non habeo virum.
Quinque enim viros habuisti:
et nunc quem habes non est
tuus vir. Hoc vere dixisti.
Dicit ei mulier. Domine: video
quia propheta es tu. Patres

nostri in monte hoc adoraverunt.
Et vos dicitis: quia ierosolimis
est locus ubi adorare
oportet. Dicit ei ihesus. Mu
lier crede michi: quia venit
hora. quando neque in monte
hoc neque in ierosolimis
adorabitis patrem. Vos ado
ratis quod nescitis: nos ad
oramus quod scimus: quia
salus ex iudeis est. Sed venit
hora et nunc est: quando veri
adoratores adorabunt patrem
in spiritu et veritate. Nam
et pater tales querit: qui ado
rent eum. Spiritus est deus: et e
os qui adorent eum in spiritu
et veritate oportet adorare.
Dicit ei mulier. Scio quia
messyas venit: qui dicitur
xpc. Cum ergo venerit: ille no
bis annunciabit omnia. Dicit
ei ihesus. Ego sum: qui loquor
tecum. Et continuo venerunt
discipuli eius: et mirabantur
quia cum muliere loquebatur.
Nemo tamen dixit quid que
ris. aut quid loqueris cum ea.
Reliquit ergo ydriam suam
mulier. et abiit in civitatem:
et dicit illis hominibus. Venite
et videte hominem: qui dixit
michi omnia quecumque feci.
Numquid et ipse est xpc? Exie
runt de civitate: et veniebant
ad eum. Interea rogabant eum
discipuli eius dicentes. Rab
bi manduca. Ille autem dixit
eis. Ego cibum habeo man
ducare: quem vos nescitis.
Dicebant ergo discipuli ad in
vicem. Numquid aliquis attu
lit ei manducare? Dicit eis
ihesus. Meus cibus est ut fa
ciam voluntatem eius qui mi
sit me: ut perficiam opus eius.
Nonne vos dicitis quod adhuc
quattuor menses sunt. et mes
sis venit? Ecce dico vobis.
Levate oculos vestros et videte
regiones: quia albe sunt iam
ad messem. Et qui metit mer
cedem accipit: et congregat
fructum in vitam eternam: ut et qui
seminat simul gaudeat et qui
metit. In hoc enim est verbum
verum: quia alius est qui semi
nat: et alius est qui metit.

Ego misi vos metere: quod
vos nō laborastis. Alii labo
rauerunt: et vos in labores eo
rū introistis. Ex ciuitate autē
illa multi crediderunt in eum
samaritanorū: ꝓpter verbū
mulieris testimoniū ꝑhibē
tis. quia dixit michi omnia
quecumqꝫ feci. Cū venisset er
go ad illū samaritani: ro
gauerunt eū ut ibi maneret.
Et mansit ibi duos dies.
Et multo plures crediderunt:
ꝓpter sermonē eius. Et muli
eri dicebāt: quia iā nō ꝓpt
tuā loquelā credimus. Ipsi
enī audiuimus et scimus: quia
hic est vere saluator mundi.
Post duos autē dies exiit
inde: et abiit in galileam.
Ipse enī ihesus testimoniū
ꝑhibuit: quia ꝓpheta in su
a patria honorē nō habet.
Cum ergo venisset in ga
lileā, exceperunt eū galilei cū
omnia vidissent que fecerat
ierosolimis in die festo: et
ipsi enī venerant in diē festū.
Venit ergo iterū in chana ga
lilee: ubi fecit aquā vinū.
Et erat quidā regulus: cuius
filius infirmabatur capharna
um. Hic cū audisset quia
ihesus adueniret a iudea in
galileā: abiit ad eū. et roga
bat eū ut descenderet et sana
ret filiū eius. Incipiebat enī
mori. Dixit ergo ihesus ad eū.
Nisi signa et ꝓdigia videri
tis: nō creditis. Dicit ad eū re
gulus. Dn̄e: descende priusquā
moriatur filius meus. Dicit
ei ihesus. Vade: filius tuus
viuit. Credidit homo sermo
ni quē dixit ei ihesus: et ibat.
Iam autē eo descendente: serui
occurrerunt ei. et nūciauerunt
dicentes quia filius eius viue
ret. Interrogabat ergo horā
ab eis: in qua melius habu
erit. Et dixerunt ei. Quia he
ri hora septima reliquit eū
febris. Cognouit ergo pater:
quia illa hora erat in qua
dixit ei ihesus. filius tuus vi
uit. Et credidit ipse: et domus
eius tota. Hoc iterū secundū
signū fecit ihesus: cū venisset

a iudea in galileam. Capl' v.
Post hec erat dies
festus iudeorum: et
ascendit ihesus ihe-
rosolimam. Est autem ierosoli
mis probatica piscina. que
cognominatur hebraice beth
saida: quinque porticus habens.
In hys iacebat multitudo
magna languentium. ceco-
rum claudorum aridorum: expectan
tium aque motum. Angelus
autem domini secundum tempus descen
debat in piscinam: et moueba
tur aqua. Et qui prior descen
disset in piscinam post moti
onem aque: sanus fiebat a qua
cumque detinebatur infirmitate.
Erat autem quidam homo ibi:
triginta et octo annos habens
in infirmitate sua. Hunc cum
vidisset ihesus iacentem. et cog
nouisset quia multum iam tem
pus haberet: dicit ei. Vis sa
nus fieri? Respondit ei lan
guidus. Domine hominem non
habeo: ut cum turbata fuerit
aqua. mittat me in piscinam.
Dum venio enim ego: alius an
te me descendit. Dicit ei ihesus.
Surge tolle grabatum tuum:
et ambula. Et statim sanus
factus est homo: et sustu
lit grabatum suum et ambu
labat. Erat autem sabbatum
in illo die. Dicebant ergo
iudei illi qui sanus factus
fuerat. Sabbatum est: non
licet tibi tollere grabatum
tuum. Respondit eis. Qui
me fecit sanum: ille michi
dixit. Tolle grabatum tuum:
et ambula. Interrogauerunt
ergo eum. Quis est homo il
le qui dixit tibi: tolle gra
batum tuum et ambula? Is
autem qui sanus fuerat effec
tus: nesciebat quis esset.
Ihesus enim declinauit a turba
constituta in loco. Postea in
uenit eum ihesus in templo: et
dixit illi. Ecce sanus factus
es: iam noli peccare. ne deteri
us tibi aliquid contingat. Abiit
ille homo et nunciauit iude
is: quia ihesus esset qui fecit
eum sanum. Propterea persequeban
tur iudei ihesum: quia hec fa

ebat i sabbo. Ihus aut res
pondit eis. Pater meus us
q modo operat: et ego ope
ror. Propterea ergo magis q
rebant eu iudei iterficere: q nõ
solũ solvebat sabbatũ: sed
et patrẽ suũ dicebat deũ. eq
lem se faciens deo. Respõdit
itaq ihus: et dixit eis. Amẽ
amen dico vobis: non po
test filius a se facere quicq:
nisi quod viderit patrẽ faci
entẽ. Quecuq enim ille fecerit:
hec et filius similiter facit.
Pater enim diligit filiũ: et om
nia demõstrat ei que ipse fa
cit. Et maiora hys demõst
bit ei opera: ut vos miremini.
Sic enim pr suscitat mortuos
et vivificat: sic et filius qs vult vi
vificat. Neq enim pr iudicat qmq:
sed õne iudiciũ dedit filio: ut
oẽs honorificent filiũ sicut
honorificant patrẽ. Qui nõ
honorificat filiũ: nõ hono
rificat patrẽ qui misit illũ.
Amen amẽ dico vobis:
quia qui verbũ meũ audit
et credit ei qui misit me: ha
bet vitã eternã. Et in iudici
um nõ venit: sed transit a
morte in vitã. Amẽ amẽ di
co vobis: quia venit hora
et nuc est quãdo mortui au
dient vocẽ filij dei: et qui au
dierint vivent. Sicut enim
pater habet vitã in semetipo:
sic dedit et filio vitã habere
in semetipo. Et potestatẽ de
dit ei et iudiciũ facẽ: qa fili
hoĩs ẽ. Nolite mirari hoc: q
a veit hora in q oẽs q in mo
numẽtis st audiẽt vocẽ eius.
Et pcedẽt q boã fecerit i resur
rectionẽ vite: q vero mala e
gerit i resurrectionẽ iudicij.
Nõ possũ ego a meipo facẽ
qcq. Sicut audio iudico:
et iudiciũ meũ iustũ ẽ: Quia
nõ quero voluntatẽ meã.
sed voluntatem eius qui
misit me. Si ego testimo
niũ perhibeo de me: testi
moniũ meum nõ est ve
rũ. Alius ẽ qui testimoniũ p
hibet de me: et scio quia ve
rũ est testimoniũ quod phi
bet de me. Vos misistis ad io

hanne: et testimoniū phi
buit veritati. Ego aūt nō
ab homīe testimoniū accipi
o: sed hec dico ut vos salui
sitis. Ille erat lucerna ardēs
et lucens: vos aūt voluistis
exultare ad horā in luce ei⁹.
Ego aūt habeo testimoniū
maius iohāne. Opera eñ
que dedit michi pater ut pfi
ciā ea: ipsa opera que ego fa
cio testimoniū phibent de
me. quia pater me misit. Et
qui misit me pater: ipē testi
moniū phibuit de me. Neqȝ
vocē eius unq̄ audistis: ne
qȝ speciē eius vidistis. Et
verbū eius nō habetis in vo
bis manens: quia quē mi
sit ille huic vos nō creditis.
Scrutamini scripturas: quia
vos putatis in ipis vitam
eternā habere. Et ille sunt q̄
testimoniū phibent de me:
et nō vultis venire ad me
ut vitā habeatis. Clarita
tem ab homibȝ nō accipio:
sed cognovi vos. quia dilec
tionē dei nō habetis in vob.

Ego veni in nomīe pr̄is me
i: et nō accepistis me. Si ali
us venerit in nomīe suo: il
lū accipietis. Quomō po
testis vos credere qui gloriā
ab īvicē accipitis: et glīam
que a solo est deo nō queritis?
Nolite putare: qȝ ego accu
saturus sum vos apud pa
trē. Est qui accuset vos: mo
yses in quo vos speratis. Si
eñ crederetis moysi: crederetis
forsitan et michi. De me
eñ ille scripsit. Si aūt illi⁹
litteris nō creditis: quomō
meis verbis credetis? Capl̄.
Post hec abiit vi.
ihesus trans mare
galilee quod est
tyberiadis. Et sequebatur eū
multitudo magna: qȝ vide
bant signa que faciebat su
per hiis qui infirmabant.
Subiit ergo in montem
ihesus: et ibi sedebat cū disci
pulis suis. Erat aūt pro
ximū pascha: dies festus iude
orū. Cum sublevasset er
go oculos ihesus. et vidisset

quia multitudo maxima ve
nit ad eũ: dicit ad philippũ.
Unde emeinus panes ut mã
ducẽt hij? Hoc autẽ dicebat:
temptans eũ. Ipse eñ sciebat:
quid esset facturus. Respõdit
ei philippus. Ducentorũ dena
riorũ panes nõ sufficiunt eis:
ut unusquisq; modicũ quid
accipiat. Dicit ei un9 ex disci
pul' ei9: andreas fr̃ symõis pet̃.
Est puer unus hic: qui habet
quinq; panes ordeaceos. et du
os pisces. Sed hec quid sũt
inter tantos? Dixit ergo ihs.
Facite homĩes discũbere. Erat
autẽ fenũ multũ in loco. Dis
cubuerũt ergo viri numero
quasi quinq; milia. Accepit
ergo ihs panes: et cũ gr̃as
egisset distribuit discũbenti
bus. Similit̃ et ex piscibus:
quãtũ volebãt. Ut autẽ im
pleti sũt: dixit discipul' suis.
Colligite que superaverunt
fragmẽta: ne pereant. Colle
gerũt ergo: et impleverũt duo
decim cophinos fragmento
rũ ex quinq; panib; ordeaceis

que superfuerũt hiis qui man
ducauerãt. Illi ergo homi
nes cũ vidissent qd̃ fecerat sig
nũ: dicebant. Quia hic est
vere ꝓpheta: qui venturus est
in mundũ. Ihs ergo cũ cog
novisset quia venturi essẽt ut
raperẽt eũ et facerent eũ regẽ:
Fugit iterũ in montẽ ipse
solus. Ut autẽ sero factũ est:
descenderũt discipuli eius ad
mare. Et cũ ascendissẽt navẽ:
venerũt trans mare in caphar
naũ. Et tenebre iã facte erãt:
et nõ venerat ad eos ihs.
Mare autẽ vento magno flã
te exurgebat. Cũ remigassẽt
ergo quasi stadia viginti quĩ
q; aut triginta: vident ihm
ambulantẽ sup mare et pxi
mũ navi fieri: et timuerunt.
Ille autẽ dicit eis. Ego sũ: no
lite timere. Voluerũt ergo ac
cipe eũ in navẽ: et statĩ fuit
navis ad terrã quã ibant.
Altera autẽ die turba que
stabat trans mare vidit qa
navicula alia nõ erat ibi ni
si una: et quia nõ introisset

cũ discipulis suis ihũs in na
uẽ: sed soli discipuli eius ab
iissent. Alie vero supuenerũt
naues a tyberiade: iuxta lo
cũ ubi manducauerãt panẽ
gracias agentes dño. Cũ er
go vidisset turba quia ihũs
nõ esset ibi neq; discipuli eius:
ascenderũt in nauiculas. et
venerũt capharnaũ queren
tes ihm̃. Et cũ inuenissent eũ
trans mare: dixerũt ei. Rab
bi quãdo huc venisti? Respõ
dit eis ihũs: et dixit. Amen a
men dico vobis: q̃ritis me
nõ quia vidistis signa: sed
q̃a mãducastis ex panibus.
et saturati estis. Operamini
nõ cibũ qui perit: sed qui
pmanet in vitã eternã. quẽ
filius hominis vobis dabit.
Hunc enĩ pater signauit deus.
Dixerũt ergo ad eũ. Quid
faciemus: ut operemur opera
dei? Respõdit ihũs: et dixit
eis. Hoc est opus dei: ut cre
datis in eũ quẽ misit ille.
Dixerũt ergo ei. Quod er
go tu facis signũ: ut videa
mus et credamus tibi? Quid
operaris? Patres nr̃i mã
na mãducauerũt in deserto:
sicut scriptũ est. Panẽ de ce
lo dedit eis mãducare. Dix
it ergo eis ihũs. Amẽ amen
dico vobis: nõ moyses de
dit vobis panẽ de celo: sed
pater meus dat vobis panẽ
de celo verũ. Panis enĩ dei ẽ
qui descendit de celo: et dat
vitã mũdo. Dixerũt ergo ad
eũ. Dñe: semp da nobis pa
nem hunc. Dixit autẽ eis
ihũs. Ego sũ panis vite. Q
venit ad me: nõ esuriet. Et
qui credit in me: nõ siciet
unq̃. Sed dixi vobis: quia
et vidistis me et credidistis.
Omne quod dat michi
pater ad me veniet: et eũ
qui venit ad me nõ eiciam
foras. Quia descendi de ce
lo. nõ ut faciã voluntatẽ me
am: sed voluntatẽ eius qui
misit me. Hec est autẽ vo
luntas eius qui misit me pa
tris: ut omñe quod dedit mi
nõ pdam ex eo: sed resuscitẽ

illud in novissimo die. Hec
est enim voluntas patris mei qui
misit me: ut omnis qui videt
filium et credit in eum. habeat
vitam eternam. Et ego resuscita
bo eum in novissimo die. Mur
murabant ergo iudei de illo:
quia dixisset. ego sum panis
qui de celo descendi. Et dicebant.
Nonne hic est ihesus filius io
seph. cuius nos novimus pa
trem et matrem? Quomodo er
go dicit hic quia de celo descen
di? Respondit ergo ihesus:
et dixit eis. Nolite murmu
rare in invicem. Nemo potest
venire ad me: nisi pater qui
misit me traxerit eum. Et ego
resuscitabo eum in novissimo
die. Est scriptum in prophetis.
Et erunt omnes docibiles dei.
Omnis qui audivit a patre
et didicit: venit ad me. Non
quia patrem vidit quisquam: ni
si is qui est a deo hic vidit
patrem. Amen amen dico
vobis: qui credit in me ha
bet vitam eternam. Ego sum panis
vite. Patres vestri manduca
verunt in deserto manna: et mor
tui sunt. Hic est panis de celo
descendens: ut si quis ex ipso
manducaverit non moriatur.
Ego sum panis vivus: qui
de celo descendi. Si quis man
ducaverit ex hoc pane: vivet
in eternum. Et panis quem ego
dabo: caro mea est pro mundi vi
ta. Litigabant ergo iudei
ad invicem dicentes. Quomodo
potest hic nobis carnem suam
dare ad manducandum? Dix
it ergo eis ihesus. Amen amen
dico vobis: nisi manducave
ritis carnem filii hominis et bibe
ritis eius sanguinem: non ha
bebitis vitam in vobis. Qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam
eternam. Et ego resuscitabo eum
in novissimo die. Caro
enim mea vere est cibus: et san
guis meus vere est potus. Qui
manducat meam carnem et bi
bit meum sanguinem: in me ma
net et ego in illo. Sicut mi
sit me vivens pater: et ego
vivo propter patrem. Et qui man

ducat me: et ipse viuet propter
me. Hic est panis: qui de ce
lo descendit. Non sicut mandu
cauerunt patres vestri manna: et
mortui sunt. Qui manducat
hunc panem: viuet in eternum.
Hec dixit in synagoga: do
cens in capharnaum. Multi
ergo audientes ex discipulis
eius: dixerunt. Durus est hic
sermo. Quis potest eum audi
re? Sciens autem ihesus apud
semetipsum quia murmura
rent de hoc discipuli eius: dix
it eis. Hoc vos scandalizat?
Si ergo videritis filium ho
minis ascendentem vbi erat prius.
Spiritus est qui viuificat:
caro non prodest quicquam. Uer
ba que ego locutus sum vobis:
spiritus et vita sunt. Sed sunt
quidam ex vobis: qui non cre
dunt. Sciebat enim ab initio
ihesus qui essent credentes: et
quis traditurus esset eum. Et
dicebat. Propterea dixi vobis:
quia nemo potest venire
ad me nisi fuerit ei datum a
patre meo. Ex hoc multi dis
cipulorum eius abierunt retro:
et iam non cum illo ambulabant.
Dixit ergo ihesus ad duodecim.
Numquid et vos vultis abi
re? Respondit ergo ei symon
petrus. Domine ad quem ibimus?
Verba vite eterne habes. Et
nos credimus et cognouimus:
quia tu es christus filius dei.
Respondit eis ihesus. Non
ne ego vos duodecim elegi:
et ex vobis vnus dyabolus
est? Dicebat autem de iuda sy
monis scariothis. Hic enim
erat traditurus eum: cum esset
vnus ex duodecim. Capitulum vii.

Post hec ambulabat
ihesus in galileam.
Non enim volebat
in iudeam ambulare: quia
querebant eum iudei interficere.
Erat autem in proximo dies
festus iudeorum: scenopheg
ia. Dixerunt autem ad eum fratres e
ius. Transi hinc et vade in
iudeam: ut et discipuli tui vi
deant opera tua que facis.
Nemo quippe in occulto a
liquid facit: et querit ipse in

palã esse. Si hec facis: mani
festas teipm̃ mũdo. Neq3 eñ
fratres eius credebãt in eum.
Dicit ergo eis ihũs. Temp᷒
meũ nondũ aduenit: tẽpus
autẽ vr̃m semp̱ est paratum.
Nõ potest mũdus odisse vos.
Me autẽ odit: quia ego testĩo
niũ p̱hibeo de illo. q̃a opera
eius mala sũt. Vos ascendi
te ad diẽ festũ hũc. Ego nõ
ascendã ad diẽ festũ istũ: q̃a
meũ tẽpus nondũ impletũ
est. Hec cũ dixisset: ipẽ man
sit in galilea. Vt autẽ ascen
derũt frẽs eius: tũc et ipẽ ascẽ
dit ad diẽ festũ nõ manifes
te sed quasi in occulto. Iudei
ergo q̃rebant eũ in die festo:
et dicebãt. Vbi est ille? Et mur
mur multus de eo erat in tur
ba. Quidã eñ dicebãt quia
bonus est: alij autẽ dicebãt
nõ. sed seducit turbas. Nemo
tamẽ palã loquebat᷑ de illo:
p̱pter metũ iudeorũ. Iam autẽ
die festo mediante: ascendit
ihũs in templũ et docebat.
Et mirabant᷑ iudei dicentes.
Quomõ hic litteras scit cũ nõ
didicerit? Respõdit eis ihũs:
et dixit. Mea doctrina nõ est
mea: sed eius qui misit me.
Si quis voluerit volũtatem
eius facẽ: cognoscet de doctrĩa
vtrũ ex deo sit. an ego a me
ipo loquar. Qui a semetipso
loquit᷑: gloriã p̱priã querit.
Qui autẽ querit gloriã eius
qui misit illũ: hic verax est.
et iniusticia in illo nõ est. Nõ
ne moyses dedit vobis legẽ?
Et nemo ex vobis facit legẽ.
Quid me q̃ritis interficere?
Respondit turba: et dixit. De
moniũ habes. Quis te q̃rit
interficere? Respondit ihũs:
et dixit eis. Vnũ opus feci:
et omẽs miramini. Propterea
moyses dedit vobis circũcisi
onẽ: nõ quia ex moyse est.
sed ex patrib3: et in sabbato
circũciditis hominẽ. Si cir
cũcisionẽ accipit homo in sab
bato ut nõ soluat᷑ lex moy
si: michi indignamini quia
totũ hominẽ sanũ feci in
sabbato? Nolite iudicare

secdm faciē: sed iustū iudiciū
iudicate. Dicebant ergo qui
dā ex ierosolimis. Nonne hic
est quē querunt interficē? Ecce
palā loquit': et nichil ei di
cunt. Nūquid vere cognouerūt
principes. q̄a hic est xpc? Sed
hūc scimus unde sit. Xpc aūt
cū venerit: nemo scit unde sit.
Clamabat ergo docēs in tē
plo ihus: et dicens. Et me sci
tis: et unde sim scitis. Et a
meipō nō veni: sed est verus
qui misit me quē vos nescitis.
Ego scio eū. Et si dixero quia
nescio eū: ero similis vobis
mendax. Et scio eū. quia ab
ipō sū: et ipē me misit. Que
rebant ergo eū apphendē: et
nemo misit in illū manus:
quia nondū venerat hora
eius. De turba aūt multi
crediderūt in eū: et dicebant.
Xpc cū venerit. nūquid plura
signa faciet q̄ que hic facit?
Audierūt pharisei turbā mr̄
murantē de illo h̄. Et mise
runt principes et pharisei mi
nistros: ut apphenderent eū.

Dixit ergo ihus. Adhuc
modicū tēpus vobiscū sū:
et vado ad eū qui misit me.
Queretis me et nō invenietis:
et ubi sū ego vos nō potestis
venire. Dixerūt ergo iudei ad
semetipōs. Quo hic iturus
est quia nō inveniemus eū?
Nūquid in dispsionē gen
ciū iturus est. et docturus
gentes? Quis est hic sermo
quē dixit. queretis me et nō
invenietis: et ubi sū ego vos
nō potestis venire? In noui
simo aūt die magno festiui
tatis: stabat ihus et clama
bat dicens. Si quis sitit: ve
niat ad me et bibat. Qui
credit in me sicut dicit scrip
tura: flumina de ventre eius
fluent aque vive. Hoc aūt
dixit de spiritu: quē accepturi
erant credētes in eū. Nondū
eū erat spūs datus: q̄a ihs
nondū fuerat glorificatus.
Ex illa ergo turba cū au
dissent hos sermones eius:
dicebāt. Hic est vere pphēa.
Alii dicebāt. hic ē xpc. Qui

dam aūt dicebant. Nūquid
a galilea xp̄c venit? Nonne
scriptura dicit quia ex semīe
dauid et de bethleem castello
vbi erat dauid venit xp̄c?
Dissensio itaq̄ facta est in
turba ꝓpter eū. Quidā aūt
ex ip̄is volebāt apphendē eū:
sed nemo misit sup̄ illū ma
nus. Venerūt ergo ministri
ad pontifices et phariseos:
et dixerūt eis illi. Quare nō
adduxistis eū? Respōderūt
ministri. Nūq̄ sic locutus est
homo: sicut hic homo loqui
tur. Responderūt ergo eis pha
risei. Nūquid et vos seducti
estis? Nūquid aliquis ex prī
cipibus credidit in eū aut ex
phariseis? Sed turba hec q̄
nō nouit legē: maledicti
sūt. Dicit nychodemus ad
eos. ille qui venit ad ihm̄
nocte: qui vnus erat ex ip̄is.
Nūquid lex nr̄a iudicat ho
minē: nisi audierit ab ip̄o
prius et cognouerit quid fa
ciat? Responderūt et dixerūt
ei. Nūquid et tu galileus
es? Scrutare scripturas: et vi
de quia ꝓpheta a galilea nō
surgit. Et reuersi sūt vnus
quisq̄ in domū suā. Capl̄
viij.
Ihesus aūt per
rexit in montē oliue
ti: et diluculo iterū
venit in templū. Et omnis
ꝑplus venit ad eū: et sedens
docebat eos. Adducūt aūt
scribe et pharisei mulierem
in adulterio dep̄hensā: et sta
tuerūt eā in medio et dixe
rūt ei. Magister hec mulier
modo dep̄hensa est in adul
terio. In lege aūt moyses
mādauit nobis huiusmodi
lapidare. Tu ergo quid dicis?
Hec aūt dicebāt temptātes
eū: ut possent accusare eū.
Ihesus aūt inclinās se deorsū:
digito scribebat in terra.
Cū aūt pseuerarent interro
gantes eū: erexit se et dixit
eis. Qui sine pcc̄o est vr̄m:
primus in illā lapidē mit
tat. Et iterū se inclinās: scri
bebat in terra. Audientes
aūt vnus post vnū exibāt:

incipientes a senioribus. Et re-
mansit solus: et mulier in
medio stans. Erigens autem se
ihesus: dixit ei. Mulier: ubi
sunt qui te accusabant? Nemo
te condempnavit? Que dixit.
Nemo domine. Dixit autem ihesus.
Nec ego te condempnabo. Vade:
et amplius iam noli peccare. Ite-
rum ergo locutus est eis ihesus
dicens. Ego sum lux mundi. Qui
sequitur me non ambulabit in
tenebris: sed habebit lumen
vite. Dixerunt ergo ei pharisei.
Tu de teipso testimonium perhi-
bes: testimonium tuum non est
verum. Respondit ihesus: et dixit
eis. Et si ego testimonium perhi-
beo de meipso. verum est testimo-
nium meum: quia scio unde veni
et quo vado. Vos autem nesci-
tis unde venio: aut quo vado.
Vos secundum carnem iudicatis: e-
go non iudico quemquam. Et si iu-
dico ego iudicium meum verum
est: quia solus non sum. sed ego
et qui me misit pater. Et in lege
vestra scriptum est. Quia duorum hominum
testimonium verum est. Ego sum qui tes-
timonium perhibeo de meipso: et tes-
timonium perhibet de me qui misit me pater.
Dicebant ergo ei. Ubi est pater
tuus? Respondit ihesus. Ne-
que me scitis: neque patrem meum.
Si me sciretis: forsitan et pa-
trem meum sciretis. Hec verba
locutus est ihesus in gazophi-
latio: docens in templo. Et
nemo apprehendit eum: quia nec-
dum venerat hora eius. Dix-
it ergo iterum eis ihesus. Ego va-
do et queretis me: et in peccato vestro
moriemini. Quo ego vado:
vos non potestis venire. Dice-
bant ergo iudei. Numquid in-
terficiet semetipsum: quia dicit
quo ego vado: vos non potes-
tis venire? Et dicebat eis.
Vos de deorsum estis: ego de su-
perius sum. Vos de mundo hoc
estis: ego non sum de hoc mundo.
Dixi ergo vobis: quia moriemini
in peccatis vestris. Si enim non credideri-
tis quia ego sum: moriemini in peccato vestro.
Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dix-
it eis ihesus. Principium qui et loquor vobis.
Multa habeo de vobis loqui et iudicare.
Sed qui misit me verax est: et

ego que audiui ab eo hec lo
quor in mūdo. Et nō cogno
uerūt: quia patrē eis dicebat
deū. Dixit ergo eis ihūs. Cū
exaltaueritis filiū hominis. tūc
cognoscetis quia ego sū. et a
meīpō facio nichil: sed sicut
docuit me pater hec loquor.
Et qui me misit mecū est. Nō
reliquit me solū: qīa ea que
placita sūt ei facio semp. Hec
illo loquente: multi crediderūt
in eū. Dicebat ergo ihūs ad
eos qui crediderūt ei iudeos.
Si vos manseritis in sermoē
meo: vere discipuli mei eritis.
Et cognoscetis veritatē: et
veritas liberabit vos. Respō
derūt ei. Semē abrahe sum᷒:
et nemī seruiuim᷒ unq̄. Quō
modo tu dicis liberi eritis?
Respondit eis ihūs. Amen a
men dico vobis: quia omīs
qui facit pctīm seruus ē pcti.
Seruus autē nō manet in do
mo in eternū: filius autem
manet in eternū. Si ergo fi
lius vos liberauerit: vere
liberi eritis. Scio quia filij
abrahe estis. Sed q̄ritis me
īterficere: quia sermo meus nō
capit in vobis. Ego qd̄ vidi
apud patrē loquor: et vos q̄
vidistis apud patrē vrm̄ fa
citis. Rnderūt et dixerūt ei. Pa
ter noster abrahā est. Dicit
eis ihūs. Si filij abrahe estis:
opera abrahe facite. Nūc aūt
q̄ritis me interficē: hominē
qui veritatē vobis locutus
sū quā audiui a deo. Hoc a
brahā nō fecit. Vos facitis
opera pris vri. Dixerūt itaq;
ei. Nos ex fornicatione non
sumus nati: vnū patrē ha
bemus deū. Dixit ergo eis ihs.
Si deus pater vester esset: di
ligeretis vtiq; me. Ego eīm ex
deo pcessi et veni. Neq; eīm a me
ipō veni: sed ille me misit.
Quare loquelā meā nō cog
noscitis? Quia nō potestis
audire sermonē meū. Vos
ex patre dyabolo estis: et de
sideria pris vri vultis facē.
Ille homicida erat ab īicio.
et in veritate nō stetit: quia
nō est veritas in eo. Cū loq̄

tur mendaciũ ex ꝓpriis loqui
tur: quia mendax est et pat'
eius. Ego autẽ quia veritatẽ
dico: nõ creditis michi. Quis
ex vobis arguet me de pc̃o?
Si veritatẽ dico: quare vos
nõ creditis michi? Qui est
ex deo: verba dei audit. Ꝓp
terea vos nõ auditis: q̃a ex
deo nõ estis. Responderũt i
gitur iudei: et dixerũt ei. Nõ
ne bene dicimus nos. quia
samaritanus es tu et demo
niũ habes? Respondit ihs.
Ego demoniũ nõ habeo:
sed honorifico patrẽ meũ:
et vos inhonorastis me.
Ego autẽ nõ quero gloriã
meã: est qui querat et iudi
cet. Amen amẽ dico vobis:
si quis sermonẽ meũ serua
uerit: mortẽ nõ videbit in
eternũ. Dixerũt ergo iudei.
Nunc cognouimus quia demo
niũ habes. Abrahã mortu
us est et ꝓphete: et tu dicis
si quis sermonẽ meũ serua
uerit. nõ gustabit mortẽ in
eternũ? Nũquid tu maior
es patre nr̃o abrahã. q' mor
tuus est? Et ꝓphete mortu
i sũt. Quẽ teipsũ facis? Res
pondit ihs. Si ego glorifi
co meipsũ: gloria mea nichil
est. Est pater meus qui glo
rificat me. quẽ vos dicitis
quia deus vester est: et nõ co
gnouistis eũ. Ego autẽ noui
eũ. Et si dixero quia nõ scio
eũ: ero similis vobis mendax.
Sed scio eũ: et sermonẽ eius
seruo. Abrahã pater vester
exultauit ut videret diẽ me
ũ: et vidit et gauisus ẽ. Dix
erũt ergo iudei ad eũ. Quinq̃
ginta ãnos nondũ habes:
et abrahã vidisti? Dixit eis
ihs. Amen amẽ dico vob':
antequã abrahã fieret ego sũ.
Tulerũt ergo lapides: ut ia
cerent in eũ. Ihs autẽ abscõ
dit se: et exiuit de templo. ix

Et preteriens Capl'
vidit hominẽ cecũ
a natiuitate. Et in
terrogauerũt eũ discipuli
sui. Rabbi. quis peccauit.
hic aut parentes eius ut ce

cus nasceretur? Respondit ihesus.
Neque hic peccauit neque paren
tes eius: sed ut manifestentur
opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui misit
me: donec dies est. Venit nox
quando nemo potest operari. Quam
diu in mundo sum: lux sum mun
di. Hec cum dixisset: exspuit
in terram et fecit lutum ex sputo:
et liniuit lutum super oculos eius:
et dixit ei. Vade et laua in na
tatoria syloe: quod interpreta
tur missus. Abiit ergo et la
uit: et venit videns. Itaque vi
cini et qui viderant eum prius
quia mendicus erat: dicebant.
Nonne hic est qui sedebat et
mendicabat? Alii dicebant
quia hic est: alii autem nequa
quam. sed similis eius est. Ille ve
ro dicebat: quia ego sum. Di
cebant ergo ei. Quomodo a
perti sunt tibi oculi? Respon
dit. Ille homo qui dicitur ihesus.
lutum fecit et unxit oculos me
os: et dixit michi. Vade ad
natatoriam syloe: et laua.
Et abii et laui et vidi. Dix
erunt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio.
Adducunt eum ad phariseos: qui
cecus fuerat. Erat autem sabba
tum: quando lutum fecit ihesus et a
peruit oculos eius. Iterum er
go interrogabant eum pharisei:
quomodo vidisset. Ille autem
dixit eis. Lutum posuit michi
super oculos: et laui et video.
Dicebant ergo ex phariseis
quidam. Non est hic homo a
deo: qui sabbatum non custodit.
Alii dicebant. Quomodo po
test homo peccator hec signa fa
cere? Et scisma erat in eis.
Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid
dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille autem dixit: quia
propheta est. Non crediderunt er
go iudei de illo quia cecus
fuisset et vidisset: donec vo
cauerunt parentes eius qui
viderat: et interrogauerunt e
os dicentes. Hic est filius vester:
quem vos dicitis quia cecus
natus est? Quomodo ergo
nunc videt? Responderunt eis
parentes eius: et dixerunt. Sci
mus quia hic est filius noster.

et quia cecus natus est: quo
modo autem nunc videat nesci
mus. aut quis eius aperuit
oculos nos nescimus. Ipsum
interrogate: etatem habet: ipse
de se loquatur. Hec dixerunt pa
rentes eius: quia timebant
iudeos. Iam enim conspirauerant
iudei: ut si quis eum confiteretur
christum. extra synagogam fieret.
Propterea parentes eius dixe
runt: quia etatem habet. ipsum
interrogate. Vocauerunt ergo
rursum hominem qui fuerat
cecus: et dixerunt ei. Da glori
am deo. Nos scimus: quia hic
homo peccator est. Dixit ergo
ille. Si peccator est nescio. Vnum
scio: quia cecus cum essem mo
do video. Dixerunt ergo illi.
Quid fecit tibi? Quomodo
aperuit tibi oculos? Respon
dit eis. Dixi vobis iam: et au
distis. Quid iterum vultis
audire? Numquid et vos
vultis discipuli eius fieri?
Maledixerunt ei: et dixerunt.
Tu discipulus illius sis:
nos autem moysi discipuli
sumus. Nos scimus quia
moysi locutus est deus: hunc
autem nescimus unde sit. Res
pondit ille homo: et dixit
eis. In hoc enim mirabile est.
quia vos nescitis unde sit:
et aperuit meos oculos. Sci
mus autem: quia peccatores deus
non audit. Sed si quis dei
cultor est et voluntatem eius
facit: hunc exaudit. A seculo
non est auditum: quia aperuit
quis oculos ceci nati. Nisi
esset hic a deo: non poterat
facere quicquam. Responderunt et
dixerunt ei. In peccatis natus es
totus: et tu doces nos? Et e
iecerunt eum foras. Audiuit
ihesus quia eiecerunt eum foras:
et cum inuenisset eum dixit ei. Tu
credis in filium dei? Respondit
ille: et dixit. Quis est domine?
ut credam in eum? Et dixit ei
ihesus. Et vidisti eum: et qui lo
quitur tecum ipse est. At ille ait.
Credo domine. Et procidens adora
uit eum. Et dixit ei ihesus. In
iudicium ego in hunc mun
dum veni: ut qui non

videntes videant. et qui vi
dent ceci fiant. Et audierunt
ex phariseis qui cum ipso erant:
et dixerunt ei. Numquid et nos
ceci sumus? Dixit eis ihesus.
Si ceci essetis: non haberetis
peccatum. Nunc vero dicitis quia
videmus peccatum vestrum manet.
Amen Capitulum x.
amen dico vobis:
qui non intrat per
ostium in ovile ovium. sed ascen
dit aliunde: ille fur est et latro.
Qui autem intrat per ostium
pastor est ovium. Huic osti
arius aperit: et oves vocem eius
audiunt. Et proprias oves vo
cat nominatim: et educit eas.
Et cum proprias oves emiserit
ante eas vadit: et oves illum
sequuntur: quia sciunt vocem
eius. Alienum autem non sequuntur
sed fugiunt ab eo: quia non no
verunt vocem alienorum. Hoc pro
verbium dixit eis ihesus. Illi autem
non cognoverunt quid loque
retur eis. Dixit ergo eis iterum
ihesus. Amen amen dico vobis:
quia ego sum ostium ovium. Om
nes quotquot venerunt: fures
sunt et latrones. Sed non audie
runt eos oves. Ego sum ostium.
Per me si quis introierit salua
bitur: et ingredietur et egredie
tur. et pascua inveniet. Fur
non venit: nisi ut furetur et mac
tet et perdat. Ego veni ut vi
tam habeant: et habundantius
habeant. Ego sum pastor bo
nus. Bonus pastor animam
suam dat pro ovibus suis. Mer
cenarius et qui non est pas
tor cuius non sunt oves proprie:
videt lupum venientem et dimit
tit oves et fugit. Et lupus
rapit: et dispergit oves. Mer
cenarius autem fugit. quia mer
cenarius est: et non pertinet
ad eum de ovibus. Ego sum pas
tor bonus. Et cognosco me
as: et cognoscunt me mee.
Sicut novit me pater et
ego agnosco patrem: Et
animam meam pono pro ovi
bus meis. Et alias oves
habeo que non sunt ex hoc o
vili: et illas oportet me ad
ducere. et vocem meam audient.

Et fiet unum ovile. et unus
pastor. Propterea me pater di
ligit: quia ego pono animam
meam, ut iterum sumam eam. Nemo
tollit eam a me: sed ego pono
eam a meipso. Potestatem habe
o ponendi eam: et potestatem
habeo iterum sumendi eam.
Hoc mandatum accepi a patre
meo. Dissensio iterum facta est
inter iudeos: propter sermones
hos. Dicebant autem multi ex
ipsis. Demonium habet: et in
sanit. Quid eum auditis? A
lii dicebant. Hec verba non
sunt demonium habentis. Num
quid demonium potest cecorum
oculos aperire? Facta sunt
autem encenia in iherosolimis:
et hyems erat. Et ambula
bat ihesus in templo in por
ticu salomonis. Circumdederunt
eum iudei: et dicebant ei. Quo
usque animam nostram tollis? Si
tu es christus: dic nobis palam.
Respondit eis ihesus. Loquor
vobis: et non creditis. Opera
que ego facio in nomine pa
tris mei: hec testimonium per

hibent de me. Sed vos non
creditis: quia non estis ex o
vibus meis. Oves mee vocem
meam audiunt: et ego cognos
co eas. et sequuntur me. Et ego
vitam eternam do eis: et non pe
ribunt in eternum: et non rapiet eas
quisquam de manu mea. Pater
meus quod dedit michi ma
ius omnibus est: et nemo po
test rapere de manu patris
mei. Ego et pater unum su
mus. Sustulerunt lapides iu
dei: ut lapidarent eum. Respon
dit eis ihesus. Multa opera
bona ostendi vobis ex patre
meo: propter quod eorum opus
me lapidatis? Responderunt
ei iudei. De bono opere non
lapidamus te: sed de blas
phemia. Et quia tu homo
cum sis: facis teipsum deum. Res
pondit eis ihesus. Nonne scriptum
est in lege vestra: quia ego
dixi dii estis? Si illos dixit
deos ad quos sermo dei fac
tus est. et non potest solvi scrip
tura: quem pater sanctifica
vit et misit in mundum. vos

dicitis quia blasphemas. quia
dixi filius dei sum? Si non facio
opera patris mei: nolite credere
michi. Si autem facio. et si mihi
non vultis credere operibus cre-
dite: ut cognoscatis et creda-
tis quia in me est pater. et e-
go in patre. Querebant er-
go eum apprehendere: et exivit de
manibus eorum. Et abiit ite-
rum trans iordanem in eum locum
ubi erat iohannes baptizans
primum: et mansit illic. Et
multi venerunt ad eum: et dice-
bant. quia iohannes quidem
signum fecit nullum. Omnia autem
quecumque dixit iohannes de hoc
vera erant: et multi crediderunt
in eum. Capitulum xi.
Erat autem quidam lan-
guens lazarus a
bethania: de castello marie et
marthe sororis eius. Maria
autem erat. que unxit dominum un-
guento. et extersit pedes eius ca-
pillis suis: cuius frater laza-
rus infirmabatur. Miserunt er-
go sorores eius ad eum dicentes.
Domine: ecce quem amas infirma-
tur. Audiens autem ihesus: dixit
eis. Infirmitas hec non est ad
mortem: sed pro gloria dei. ut
glorificetur filius dei per eam.
Diligebat autem ihesus martham.
et sororem eius mariam et laza-
rum. Ut ergo audivit quia in-
firmabatur: tunc quidem man-
sit in eodem loco duobus diebus.
Deinde post hec dicit discipu-
lis suis. Eamus in iudeam ite-
rum. Dicunt ei discipuli. Rab-
bi. nunc querebant te iudei la-
pidare: et iterum vadis illuc?
Respondit ihesus. Nonne duo-
decim hore sunt diei? Si quis
ambulaverit in die non offen-
dit: quia lucem huius mundi vi-
det. Si autem ambulaverit
in nocte offendit: quia lux
non est in eo. Hec ait: et post
hec dicit eis. Lazarus amicus
noster dormit: sed vado ut
a sompno exsuscitem eum. Dixerunt
ergo discipuli eius. Domine: si
dormit salvus erit. Dixerat
autem ihesus de morte eius. Illi
autem putaverunt: quia de dor-
mitione sompni diceret. Tunc

ergo dixit eis ihūs manifes-
te. Lazarus mortuus est. Et
gaudeo ꝓpter vos ut credatis:
qm̄ non eram ibi. Sed eamus
ad eū. Dixit ergo thomas
qui dicitur didimus ad condis-
cipulos. Eamus et nos: et
moriamur cū eo. Venit itaqꝫ
ihūs: et invenit eū quatuor
dies iam in monumēto ha-
bentē. Erat autē bethania
iuxta iherosolimā: q̄si sta-
diis quindecī. Multi autē ex
iudeis venerāt ad marthā
et mariā: ut cōsolarentur eas
de fratre suo. Martha ergo
ut audivit quia ihūs venit:
occurrit illi. Maria autē do-
mi sedebat. Dixit ergo mar-
tha ad ihūm. Dñe si fuisses
hic: frater meus nō fuisset
mortuus. Sed et nūc scio: q̄-
a quecūqꝫ poposceris a deo
dabit tibi deus. Dicit illi ihūs.
Resurget frater tuus. Dicit
ei martha. Scio: q̄a resur-
get in resurrectione in novis-
simo die. Dicit ei ihūs. Ego
sū resurrectio et vita. Qui cre-

dit in me: etiā si mortuus
fuerit vivet. Et omnis qui vi-
vit et credit in me: nō mori-
etur in eternū. Credis hoc?
Ait illi. Utiqꝫ dñe. Ego credi-
di quia tu es xp̄c filius dei: q̄
in hūc mundū venisti. Et
cū hec dixisset: abiit et voca-
vit mariā sororē suā silētio
dicens. Magister adest: et vo-
cat te. Illa ut audivit: sur-
rexit cito et venit ad eū. Non-
dū enim venerat ihūs in cas-
tellū: sed erat adhuc in illo
loco ubi occurrerat ei mar-
tha. Iudei igitur qui erāt cū
ea in domo et cōsolabantur
eā. cū vidissent mariā quia
cito surrexit et exiit: secuti sūt
eam dicētes. q̄a vadit ad mo-
numentū ut ploret ibi. Ma-
ria ergo cū venisset ubi erat
ihūs: videns eū cecidit ad pe-
des eius. et dixit ei. Dñe si fu-
isses hic: nō esset mortuus
frater meus. Ihūs ergo ut
vidit eā plorantē et iudeos
qui venerāt cū ea plorātes:
fremuit spiritu. et turbavit

sepm̄ et dixit. Ubi posuistis
eū? Dicūt ei. Dñe: veni et vi
de. Et lacrimatus est ihūs.
Dixerūt ergo iudei. Ecce quō
amabat eū. Quidā aūt dix
erūt ex ipsis. Nō poterat hic
qui aperuit oculos ceci facere:
ut et hic nō moreret̃? Ihūs
ergo rursū fremens in semet
ipō: venit ad monumentū.
Erat aūt spelūca: et lapis
superpositus erat ei. Ait ihūs.
Tollite lapidē. Dicit ei mar
tha: soror eius qui mortuus
fuerat. Dñe iā fetet: quatridu
anus eū est. Dicit ei ihūs.
Nōne dixi tibi: qm̄ si credi
deris videbis gloriā dei? Tu
lerūt ergo lapidē. Ihūs aūt
elevatis sursū oculis. dixit.
Pater gratias ago tibi: qm̄
audisti me. Ego aūt sciebā
quia semp me audis: sed
pter ppłm qui circūstat dix
i: ut credāt quia tu me mi
sisti. Hec cū dixisset: voce
magna clamavit. Lazare
veni foras. Et statī prodiit
qui fuerat mortuus ligatus
pedes et manus institis: et
facies illius sudario erat li
gata. Dicit eis ihūs. Solvi
te eū: et sinite abire. Multi
ergo ex iudeis qui venerant
ad mariā et viderāt que fe
cit: crediderūt in eū. Quidā
aūt ex ipīs abierūt ad pha
riseos: et dixerūt eis que fecit
ihūs. Collegerūt ergo pon
tifices et pharisei cōcilium: et
dicebāt. Quid facimus? q
a hic homo multa signa
facit? Si dimittim⁹ eū sic:
omēs credēt in eū. Et veni
ent romani: et tollēt nrm̄ et
locū et gentē. Unus aūt ex
ipīs caiphas cū esset pon
tifex ānī illius: dixit eis. Vos
nescitis quicq̄ nec cogitatis:
quia expedit vobis ut un⁹
moriat̃ homo pro ppło: et
nō tota gens pereat. Hoc
aūt a semetipō nō dixit:
sed cū esset pōtifex ānī illi⁹
pphetavit: qa ihūs moritu
rus erat pro gente. Et non
tantū pro gente: sed ut fili
os dei qui erāt dispsi cōgre

garet in unū. Ab illo ergo
die cogitauerūt ut īficerent
eū. Ihūs ergo iā nō in palā
ambulabat apud iudeos:
sed abiit in regionē iuxta de
sertū in ciuitatē que dicit' ef
frem: et ibi morabat' cū dis
cipulis suis. Proximū aūt
erat pascha iudeorū. Et as
cenderūt multi iherosolimā
de regione ante pascha: ut
sanctificarēt seipōs. Quere
bant ergo ihm: et colloqbant
tur adīuicē in tēplo stantes.
Quid putatis qa nō uenit
ad diē festū? Dederant autē
pōtifices et pharisei manda
tū: ut si quis cognouerit u
bi sit indicet: ut apphendāt
eum. Caplm xii.

Ihesus ergo ante sex
dies pasche uenit be
thaniā: ubi fuerat lazarus
mortuus quē suscitauit ihs.
Fecerūt autē ei cenā ibi: et
martha ministrabat. Lazarus
vero unus erat ex discumben
tibus cū eo. Maria ergo acce
pit librā unguenti nardi pis
tici p̄ciosi: et unxit pedes ihe
su et extersit capillis suis pe
des eius: et domus īpleta est
ex odore unguenti. Dicit ergo
unus ex discipulis eius: iu
das scariothis. qui erat eum
traditurus. Quare hoc un
guentū nō ueniit trecentis de
nariis: et datū est egenis?
Dixit autē hoc nō quia de
egenis ptinebat ad eū: sed
quia fur erat et loculos ha
bens. ea que mittebant' por
tabat. Dixit ergo ihs. Si
ne illā: ut in diem sepultu
re mee seruet illud. Paupe
res enī semp habetis vobis
cū: me aūt nō semp habe
bitis. Cognouit ergo tur
ba multa ex iudeis qa illic
est: et uenerūt nō pp̄ter ihm
tantū. sed ut lazarū uiderēt
quē suscitauit a mortuis.
Cogitauerūt aūt pncipes
sacerdotū ut et lazarū inter
ficerent: quia multi pp̄ter
illū abibāt ex iudeis. et cre
debant in ihm. In crasti
nū aūt turba multa que

venerat ad die͂ festū. cū audis
sent quia venit ihesus ihero
solimā: acceperūt ramos pal
marū et processerūt obviā ei.
et clamabāt. Osanna: bene
dictus qui venit in nomine
dn̄i rex isrl'. Et invenit ihesus
asellū: et sedit sup eū sicut
scriptū est. Noli timere filia
syon: ecce rex tuus venit sedēs
sup pullū asine. Hoc nō cog
noverūt discipuli eius p̄mū:
sed qn̄do glorificatus est ihs.
tūc recordati sūt quia hec erāt
scripta de eo: et hec fecerūt ei.
Testimoniū ergo phibebat
turba que erat cū eo quādo
lazarū vocavit de monumē
to: et suscitavit eū a mortuis.
Pterea et obviā venit ei tur
ba: quia audierūt eū fecisse
hoc signū. Pharisei ergo dix
erūt ad semetipōs. Videtis q̄
a nichil pficimus? Ecce mū
dus totus post eū abijt. Erāt
aūt gentiles quidā ex hys q̄
ascenderāt. ut adorarent in die
festo. Hy ergo accesserūt ad
philippū qui erat a bethsai
da galilee: et rogabāt eū di
centes. Dn̄e volumus ihm̄ vi
dere. Venit philippus: et dicit
andree. Andreas rursū et phi
lippus dixerūt ihū. Ihs aūt
respondit eis dicens. Venit
hora: ut clarificetur filius
hominis. Amē amē dico vo
bis: nisi granū frumēti ca
dens in terrā mortuū fuerit:
ipm̄ solū manet. Si aūt mor
tuū fuerit: multū fructū af
fert. Qui amat aīam suā:
perdet eā. Et qui odit aīam
suā in hoc mūdo: in vitā
eternā custodit eā. Siquis
michi ministrat: me sequat̄.
Et ubi sū ego: illic et minister
meus erit. Si quis michi mi
nistraverit: honorificabit
eū pater meus. Nūc aīma
mea turbata est. Et quid di
cam? Pater clarifica me ex
hora hac. Sed ppterea veni
in horā hanc. Pater clarifi
ca tuū nomē. Venit ergo vox
de celo. Et clarificavi: et iterū
clarificabo. Turba ergo que
stabat et audierat: dicebat

tonitruū factū esse. Alij dice
bāt. Angelus ei locutus est.
Respondit ihūs: et dixit. Nō
ꝓpter me vox hec venit: sed
ꝓpter vos. Nūc iudiciū ē mū
di: nūc princeps huius mū
di eiciet' foras. Et ego si ex
altatus fuero a terra: omīa
a traham ad meipm̄. Hoc aūt
dicebat: significans q̄ mor
te esset moriturus. Respon
dit ei turba. Nos audiuim⁹
ex lege: quia xp̄c manet in
eternū. Et quō tu dicis o
portet exaltari filiū hominis?
Quis est iste filius hominis?
Dixit ergo eis ihūs. Adhuc
modicū lumen in vobis est.
Ambulate dū lucē habetis:
ut nō tenebre vos cōprehen
dant. Et qui ābulat in tene
bris: nescit quo vadat. Dū
lucē habetis credite in lucē:
ut filij lucis sitis. Hec locut⁹
est ihūs: et abijt. et abscōdit
se ab eis. Cū autē tanta sig
fecisset corā eis nō credebant
in eū: ut sermo ysaie ꝓphe
te impleret' quē dixit. Dn̄e q̄s

credidit auditui nr̄o? et bra
chiū dn̄i cui reuelatū est?
Propterea nō poterāt crede:
quia iterū dixit ysaias. Ex
cecauit oculos eorū et indu
rauit eorū cor: ut nō videāt
oculis et intelligāt corde. et
cōuertant' et sanē eos. Hec
dixit ysaias: quādo vidit glo
riā eius. et locutus est de eo.
Verūptamē et ex principib;
multi crediderūt in eū: sed ꝓ
ter phariseos nō cōfitebant'
ut de synagoga nō eicerent'.
Dilexerūt enī gloriā hoīm
magis q̄m gloriā dei. Ihūs
aūt clamauit et dixit. Qui
credit in me: nō credit in me.
sed in eū qui misit me. Et q̄
videt me: videt eū qui misit
me. Ego lux in mūdū ve
ni: ut omīs qui credit in me.
in tenebris nō maneat. Et si
quis audierit verba mea et
nō custodierit: ego nō iudico
eū. Nō enī veni ut iudicem
mundū: sʒ ut saluificē mū
dū. Qui spernit me et non
accipit verba mea: habet q̄

iudicet eu̅. Sermo que̅ locu
tus su̅: ille iudicabit eu̅ in
nouissimo die. Quia ego ex
meipso no̅ su̅ locutus: sed q̊
misit me pater ipe̅ michi ma̅
datu̅ dedit quid dica̅ et q̊d
loquar. Et scio. quia man
datu̅ eius uita eterna est. Q
ergo ego loquor: sicut dixit
michi pater sic loquor. xiij.
Ante die̅ Capl̅m
festu̅ pasche sciens
ihs quia uenit
eius hora ut transeat ex hoc
mu̅do ad patre̅: cu̅ dilexisset
suos qui era̅t in mu̅do. in fi
ne̅ dilexit eos. Et cena fac
ta cu̅ dyabolus ia̅ misisset
in cor ut traderet eu̅ iudas sy
monis scariothis: Sciens
quia om̅ia dedit ei pater in
manus et quia a deo exiuit
et ad deu̅ uadit: Surgit a
cena et ponit uestime̅ta sua.
Et cu̅ accepisset linteu̅: pre
cinxit se. Deinde misit aqua̅
in peluim: et cepit lauare
pedes discipuloru̅ et extergé
linteo quo erat p̃cinctus.

Venit ergo ad symone̅ petru̅:
et dicit ei petrus. Dn̅e: tu m̄
lauas pedes? Respo̅dit ihs:
et dicit ei. Quod ego facio
tu nescis modo: scies autem
postea. Dicit ei petrus. No̅
lauabis michi pedes in eter
nu̅. Respondit ei ihs. Si
no̅ lauero te: no̅ habebis
parte̅ mecu̅. Dicit ei symon
petrus. Dn̅e no̅ tantu̅ pedes
meos: sed et manus et ca
put. Dicit ei ihs. Qui lo
tus est no̅ indiget nisi ut pe
des lauet: sed est mu̅dus to
tus. Et uos mu̅di estis: sed
no̅ om̅es. Sciebat eni̅ quis
na̅ esset qui traderet eu̅: ppte
rea dixit no̅ estis mu̅di om
nes. Postq̄ ergo lauit pe
des eoru̅. et accepit uestime̅
ta sua. cu̅ recubuisset iteru̅.
dixit eis. Scitis quid fecerim
uobis? Vos uocatis me
magister et dn̅e: et bene di
citis. Su̅ etenim. Si ergo e
go laui pedes uros dn̅s et
magister: et uos debetis alt̄
alterius lauare pedes. Exem

plū eni dedi vobis: ut quē
admodū ego feci vobis: ita
et vos faciatis. Amen amē
dico vobis: nō est servus ma
ior dño suo: neqȝ aplus ma
ior eo qui misit illū. Si hec
scitis: beati eritis si feceritis
ea. Non de omnibus vobis
dico. Ego scio quos elegerim.
Sed ut adimpleat' scriptura:
qui mādu cat meū panem.
levabit cōtra me calcaneū
suū. Amodo dico vobis pri
usq̄ fiat: ut credatis cū fac
tū fuerit quia ego sū. Amē
amen dico vobis: qui acci
pit si quē misero. me accipit.
Qui autē me accipit: accipit
eū qui me misit. Cum hec
dixisset ihesus turbatus ē spi
ritu: et protestatus est et dixit.
Amen amē dico vob: qȝ unus
ex vobis tradet me. Aspicie
bāt ergo ad invicē discipuli:
hesitantes de quo diceret. E
rat ergo recumbens unus ex
discipulis eius in sinu ihesu:
quē diligebat ihesus. Innuit
ergo huic symon petrus: et

diceret ei. Quis est de quo di
cit. Itaqȝ cū recubuisset il
le supra pectus ihesu: dicit ei.
Dñe quis est. Respōdit ihs.
Ille est cui ego intinctū pa
nē porrexero. Et cū intinxis
set panē: dedit iude symonis
scariothe. Et post buccellā: tūc
introivit in illū sathanas. Et di
cit ei ihs. Qđ facis fac cito. Hoc aūt
nemo scivit discūbentiū: ad qđ dix
it ei. Quidā enī putabāt qȝ lo
culos habebat iudas: qȝ dicit
ei ihesus eme ea nobis que o
pus sūt ad diē festū. aut ege
nis ut aliquid daret. Cū er
go accepisset ille buccellā:
exivit cōtinuo. Erat autē
nox. Cū ergo exisset: dicit
ihesus. Nūc clarificatus est
filius hominis: et deus clari
ficatus est in eo. Si deus cla
rificatus est in eo: et deus
clarificavit eū in semetipso:
et cōtinuo clarificabit eū.
Filioli: adhuc modicū vo
biscū sū. Queretis me: et si
cut dixi iudeis quo ego va
do vos nō potestis venire.

Et vobis dico modo. Man
datū novū do vobis: ut di
ligatis invicē sicut dilexi vos:
ut et vos diligatis invicē.
In hoc cognoscent omēs q̄a
mei discipuli estis: si dilecti
onē habueritis ad invicem.
Dicit ei symon petrus. Do
mine quo vadis? Respōdit
ihūs. Quo ego vado nō po
tes me modo sequi: sequeris
aūt postea. Dicit ei petrus.
Quare nō possū te sequi mo
do? Animā meā pro te ponā.
Respondit ihūs. Aīam tuā
pro me pones. Amen amē
dico tibi: nō cātabit gallus do
nec me ter neges. xiiii.
Non turbetur cor vestrū. Cre
ditis in deū: et in me cre
dite. In domo pr̄is mei mansi
ōes multe sunt. Si quo minus dixissē
vob: q̄a vado parare vob locū.
Et si abiero et p̄paravero vob lo
cū: iterū venio et accipiā vos ad
meipsū: ut ubi sū ego et vos sitis.
Et quo ego vado scitis: et viā
scitis. Dicit ei thomas. Dn̄e:
nescimus quo vadis. Et quō

possumus viā scire? Dicit ei ihe
sus. Ego sū via et veritas et
vita. Nemo venit ad patrē:
nisi per me. Si cognovissetis
me: et patrē meū utique cog
novissetis. Et amodo cognos
cetis eū: et vidistis eū. Dicit
ei philippus. Dn̄e ostende no
bis patrē: et sufficit nobis.
Dicit ei ihūs. Tanto tēpore
vobiscū sū. et nō cognovistis
me? Philippe qui videt me:
videt et patrē. Quō tu dicis
ostende nobis patrē? Non
credis quia ego in patre: et
pater in me est? Verba que
ego loquor vobis: a meipso
nō loquor. Pater aūt in me
manens: ipse facit opera.
Nō creditis quia ego in pa
tre: et pater in me est? Alio
quin propter opera ipsa credi
te. Amen amē dico vobis:
qui credit in me. opera que
ego facio et ipse faciet. Et ma
iora horū faciet: quia ego
ad patrē vado. Et quod
cūque petieritis in noīe meo
hoc faciā: ut glorificetur pater

in filio. Si quid pecieritis
me in nomine meo: hoc faci
am. Si diligitis me: man
data mea servate. Et ego ro
gabo patrem: et alium paraclitum
dabit vobis. ut maneat vobis
cum in eternum spiritum verita
tis quem mundus non potest ac
cipere: quia non videt eum nec
scit eum. Vos autem cognoscetis
eum: quia apud vos manebit.
et in vobis erit. Non relinquam
vos orphanos: veniam ad
vos. Adhuc modicum: et mun
dus me iam non videt. Vos autem
videtis me: quia ego vivo.
et vos vivetis. In illo die vos
cognoscetis. quia ego in pa
tre meo: et vos in me et ego
in vobis. Qui habet mandata
mea et servat ea: ille est qui
diligit me. Qui autem dili
git me: diligetur a patre meo.
Et ego diligam eum: et manifes
tabo ei meipsum. Dicit ei
iudas: non ille scariothis. Do
mine quid factum est. quia no
bis manifestaturus es teip
sum. et non mundo? Respondit
ihesus: et dixit ei. Si quis di
ligit me: sermonem meum ser
vabit. Et pater meus dili
get eum: et ad eum veniemus:
et mansionem apud eum facie
mus. Qui non diligit me:
sermones meos non servat.
Et sermonem quem audistis
non est meus: sed eius qui mi
sit me patris. Hec locutus sum
vobis: apud vos manens.
Paraclitus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in nomine
meo: ille vos docebit omnia.
et suggeret vobis omnia que
cumque dixero vobis. Pacem relin
quo vobis: pacem meam do vo
bis. Non quomodo mundus
dat: ego do vobis. Non turbe
tur cor vestrum: neque formidet.
Audistis quia ego dixi vo
bis: vado et venio ad vos.
Si diligeretis me gauderetis
utique quia vado ad patrem:
quia pater maior me est.
Et nunc dixi vobis priusquam
fiat: ut cum factum fuerit creda
tis. Iam non multa loquar
vobiscum. Venit enim princeps

mūdi huius: et in me non
habet quicquā. Sed ut cognos
cat mundus quia diligo pa
trē: et sicut mandatū dedit
michi pater sic facio. Surgi
te eamus hinc. Capitulum xv.

Ego sū vitis vera:
et pater meus agri
cola est. Omnem
palmitē in me nō ferentem
fructū: tollet eū. Et omnē q
fert fructū purgabit eū: ut
fructū plus afferat. Iā vos
mūdi estis: propter sermonē
quē locutus sū vobis. Ma
nete in me: et ego in vobis.
Sicut palmes nō potest fer
re fructū a semetipō nisi
mā̄serit in vite: sic nec vos
nisi in me mā̄seritis. Ego
sū vitis: vos palmites. Qui
manet in me et ego in eo, hic
fert fructū multū: quia sine
me nichil potestis facere. Si
quis in me nō mā̄serit: mit
tetur foras sicut palmes et
arescet: et colligēt eū et in
ignē mittent et ardet. Si
manseritis in me et verba
mea in vobis manserint: qd
cūq3 volueritis petetis, et fiet
vobis. In hoc clarificatus
est pater meus: ut fructum
plurimū afferatis: et effici
amini mei discipuli. Sicut di
lexit me pater: et ego dilexi
vos. Manete in dilectione
mea. Si precepta mea serua
ueritis. manebitis in dilecti
one mea: sicut et ego precepta
patris mei seruaui. et maneo
in eius dilectione. Hec locu
tus sū vobis: ut gaudiū
meū in vobis sit: et gaudiū
vestrū impleatur. Hoc est precep
tū meū: ut diligatis invicē.
sicut dilexi vos. Maiorem
hac dilectionē nemo habet:
ut aīam suā quis ponat p
amicis suis. Vos amici
mei estis: si feceritis que ego
precipio vobis. Iam nō dico
vos seruos: quia seruus nes
cit quid faciat dn̄s eius. Vos
autē dixi amicos: quia omi
a quecūq3 audiui a patre me
o. nota feci vobis. Nō vos
me elegistis: sed ego elegi vos

et posui vos ut eatis et fruc
tū afferatis. et fructus vester
maneat: Ut quodcūq; pe
cieritis patrē in nomīe meo
det vobis. Hec mando vo
bis: ut diligatis invicē. Si
mūdus vos odit: scitote quia
me priorē vobis odio habu
it. Si de mūdo fuissetis: mū
dus quod suū erat diligerē.
Quia vero de mūdo nō estis.
sed ego elegi vos de mūdo:
propterea odit vos mūdus.
Mementote sermonis mei
quē ego dixi vobis: nō est
servus maior dn̄o suo. Si
me persecuti sūt: et vos persequē
tur. Si sermonē meū serva
verūt: et vestrum servabunt.
Sed hec omnia facient vo
bis propter nomen meū: Quia
nesciūt eū qui misit me.
Si nō venissem et locutus
fuissem eis: peccatū nō habe
rent. Nūc autē excusationē
nō habent de peccato suo.
Qui me odit: et patrem
meū odit. Si opera non
fecissem in eis que nemo alius

fecit: peccatū nō haberēt. Nūc
autē et viderūt: et oderūt et
me et patrē meū. Sed ut im
pleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est: quia odio habu
erūt me gratis. Cū autē ve
nerit paraclitus quē ego
mittā vobis a patre spiri
tū veritatis qui a patre proce
dit: ille testimoniū perhibe
bit de me. Et vos testimoni
ū perhibebitis: quia ab initio
mecum estis. Capitulum xvi.
Hec locutus sū vo
bis: ut nō scādali
zemini. Absq; syna
gogis facient vos. Sed ve
nit hora: ut omnis qui inter
ficit vos arbitretur obsequiū
se prestare deo. Et hec facient
vobis: quia nō noverūt pa
trē neq; me. Sed hec locutus
sū vobis: ut cū venerit hora
eorū. reminiscamini quia ego
dixi vobis. Hec autē vobis
ab initio nō dixi: quia vo
biscū eram. Et nūc vado ad
eū qui me misit: et nemo
ex vobis interrogat me quo

vadis. Sed quia hec locutus
sum vobis: tristicia impleuit
cor vestrum. Sed ego veritatem
dico vobis: expedit vobis ut
ego vadam. Si enim non abiero:
paraclitus non veniet ad vos.
Si autem abiero: mittam eum ad
vos. Et cum venerit: ille argu
et mundum de peccato. et de iusti
cia et iudicio. De peccato quidem:
quia non crediderunt in me.
De iusticia vero: quia ad
patrem vado. et iam non videbi
tis me. De iudicio autem: quia prin
ceps mundi huius iudicatus
est. Adhuc multa habeo
vobis dicere: sed non potestis
portare modo. Cum autem ve
nerit ille spiritus veritatis. doce
bit vos omnem veritatem. Non
enim loquetur a semetipso: sed
quecumque audiet loquetur: et
que ventura sunt annuncia
bit vobis. Ille me clarifica
bit: quia de meo accipiet.
et annunciabit vobis. Om
nia quecumque habet pater:
mea sunt. Propterea dixi: quia
de meo accipiet et annunciabit
vobis. Modicum et iam non
videbitis me. et iterum modi
cum et videbitis me: quia vado
ad patrem. Dixerunt ergo ex
discipulis eius ad invicem.
Quid est hoc quod dicit nobis
modicum et non videbitis me.
et iterum modicum et videbitis
me. et quia vado ad patrem?
Dicebant ergo. Quid est hoc
quod dicit modicum? Nescimus
quid loquitur. Cognovit autem
ihesus quia volebant eum inter
rogare: et dixit eis. De hoc
queritis inter vos quia dixi mo
dicum et non videbitis me. et
iterum modicum et videbitis
me? Amen amen dico vobis:
quia plorabitis et flebitis
vos: mundus autem gaudebit.
Vos autem contristabimini: sed
tristicia vestra vertetur in gau
dium. Mulier cum parit tristi
ciam habet: quia venit hora
eius. Cum autem peperit puerum:
iam non meminit pressure propter
gaudium quia natus est ho
mo in mundum. Et vos igitur
nunc quidem tristiciam habetis.

Iterum autem videbo vos. et gau
debit cor vestrum: et gaudium ves
trum nemo tollet a vobis. Et
in illo die me non rogabitis
quicquam. Amen amen dico
vobis: si quid petieritis pa
trem in nomine meo. dabit vo
bis. Usque modo non petistis
quicquam in nomine. Petite et
accipietis: ut gaudium vestrum
sit plenum. Hec in proverbiis lo
cutus sum vobis. Venit hora cum iam
non in proverbiis loquar vobis: sed palam
de patre annunciabo vobis. Illo die
in nomine meo petetis. Et non dico
vobis: quia ego rogabo patrem de vobis.
Ipse enim pater amat vos: quia vos me
amastis et credidistis quia ego
a deo exivi. Exivi a patre et veni
in mundum. Iterum relinquo mundum: et
vado ad patrem. Dicunt ei disc
ipuli eius. Ecce nunc palam
loqueris: et proverbium nullum
dicis. Nunc scimus quia scis
omnia: et non opus est tibi
ut quis te interroget. In hoc
credimus. quia a deo existi.
Respondit eis ihesus. Mo
do creditis. Ecce venit hora.
et iam venit: ut dispergamini
unusquisque in propria. et me
solum relinquatis. Et non sum
solus: quia pater mecum est.
Hec locutus sum vobis: ut
in me pacem habeatis. In mun
do pressuram habebitis: sed
confidite ego vici mundum.

Et Capitulum xvii.

Hec locutus est ihesus:
et sublevatis ocu
lis in celum dixit. Pater venit
hora: clarifica filium tuum ut
filius tuus clarificet te. Si
cut dedisti ei potestatem omnis
carnis: ut omne quod dedis
ti ei det eis vitam eternam. Hec
est autem vita eterna: ut cognos
cant te solum verum deum. et quem
misisti ihesum christum. Ego te
clarificavi super terram: opus
consummavi quod dedisti
michi ut faciam. Et nunc cla
rifica me tu pater apud te
metipsum: claritate quam ha
bui priusquam mundus esset a
pud te. Manifestavi no
men tuum hominibus: quos de
disti michi de mundo. Tui e

cauit: et michi eos dedisti:
et sermonē tuū seruauerūt.
Nūc cognouerūt q̄a omīa
que dedisti michi abs te sūt:
quia verba que dedisti michi
dedi eis. Et ipsi acceperūt et
cognouerūt vere quia a te
exiui: et crediderūt quia tu
me misisti. Ego pro eis rogo:
nō pro mūdo rogo: sed pro
hys quos dedisti michi. q̄a
tui sūt. Et mea omīa tua
sūt. et tua mea sūt: et clari
ficatus sū in eis. Et iā non
sū in mūdo: et hy in mūdo
sūt: et ego ad te venio. Pat̄
sancte serua eos in nomīe
tuo quos dedisti michi: ut
sint vnū sicut et nos. Cū es
sem cū eis: ego seruabā eos
in nomīe tuo. Quos dedis
ti michi ego custodiui: et
nemo ex hys perijt nisi fili⁹
pdicionis: ut scriptura imple
atur. Nūc autē ad te venio.
Et hec loquor in mūdo: ut
habeāt gaudiū meū imple
tū in semetipis. Ego dedi eis
sermonē tuū: et mūdus odi
o eos habuit: quia nō sunt
de mūdo. sicut et ego nō sū de
mūdo. Nō rogo ut tollas
eos de mūdo: sed ut serues eos
ex malo. De mūdo nō sūt:
sicut et ego nō sū de mūdo.
Sanctifica eos in veritate. S
mo tuus veritas est. Sicut tu
me misisti in mūdū: et ego
misi eos in mūdū. Et pro eis
ego sāctifico meipm̄: ut sint et
ipsi sanctificati in veritate.
Nō pro hys autē rogo tantū:
sed pro eis qui credituri sunt
per verbū eorū in me: ut om
nes vnū sint. sicut et tu pat̄
in me et ego in te ut et ipsi in
nobis vnū sint: ut mūdus
credat quia tu me misisti.
Et ego claritatē quā dedisti
michi dedi eis: ut sint vnū
sicut et nos vnū sumus. E
go in eis et tu in me: ut sint
consūmati in vnū: et cog
noscat mūdus quia tu me
misisti: et dilexisti eos sicut
et me dilexisti. Pater quos
dedisti michi volo ut vbi e
go sū et illi sint mecū: ut vi

deant claritatē meā quā de
disti michi: quia dilexisti
me ante cōstitutionē mundi
Pater iuste mundus te nō
cognouit: ego autē te cog
noui. Et hij cognouerunt:
quia tu me misisti. Et noti
feci eis nomen tuū et noti
faciā: ut dilectio qua dilex
isti me in ipis sit: et ego in
ipis. Capl' xviii.
Hec cū dixisset ihs:
egressus est cū dis
cipulis suis trans torrentē
cedron: ubi erat ortus. in
quē introiuit ipe et discipu
li eius. Sciebat autē et iu
das qui tradebat eū locū: q̄a
frequēter ihs cōuenerat il
luc cū discipulis suis. Iu
das ergo cū accepisset cohor
tem et a pōtificibus et pha
riseis ministros: venit illuc cū
laternis et facibus et armis.
Ihs itaq3 sciens omnia q̄
uentura erāt sup eū: pcessit
et dicit eis. Quē queritis?
Responderūt ei. Ihm nazare
nū. Dicit eis ihs. Ego sum.

Stabat autē et iudas qui tra
debat eū cū ipis. Ut ergo dix
it eis ego sū: abierūt retrorsū
et ceciderūt in terrā. Iterū er
go eos īterrogauit. Quē qri
tis? Illi autē dixerūt. Ihm na
zarenū. Respondit ihs. Dix
i vobis: quia ego sū. Si er
go me q̄ritis: sinite hos abi
re. Ut ipleret' sermo quē dix
it: quia quos dedisti michi
nō pdidi ex eis quēq̄ʒ. Sy
mon ergo petrus habēs gla
diū eduxit eū: et pcussit pō
tificis seruū. et abscidit eius
auriculā dextrā. Erat autē
nomen seruo malchus.
Dixit ergo ihs petro.
Mitte gladiū in vaginā.
Calicē quē dedit michi pa
ter. nō bibā illū? Cohors
ergo et tribun' et ministri iudeo
rū cōprehenderūt ihm. et li
gauerūt eū: Et adduxe
rūt eū ad annā primū. E
rat autē socer cayphe: qui e
rat pōtifex anni illius. Erat
autē cayphas qui consiliū
dederat iudeis: quia expedit

unū hominē mori pro pplō.
Sequebat᷑ aūt ihm̄ symō
petrus: et alius discipulus.
Discipulus aūt ille erat not⁹
pontifici: et introiuit cū ihū
in atriū pontificis. Petrus
aūt stabat ad ostiū foris.
Exiuit ergo discipulus a-
lius qui erat notus pōtifici:
et dixit ostiarie. et introduxit
petrū. Dixit ergo petro ā-
cilla ostiaria. Nūquid et tu
ex discipulis es hoīs istius?
Dicit ille. Nō sum. Stabāt
aūt serui et mīstri ad pru-
nas quia frigus erat: et ca-
lefaciebāt se. Erat aūt cū eis
et petrus stans. et calefaciēs
se. Pontifex ergo interroga-
uit ihm̄ de discipulis suis:
et de doctrina eius. Respō-
dit ei ihs. Ego palā locu-
tus sū mūdo. Ego semp do-
cui in synagoga et in tem-
plo quo omēs iudei cōueni-
ūt: et in occulto locutus sū
nichil. Quid me interro-
gas? Interroga eos qui au-
dierūt: quid locutus sū ipis.

Ecce hij sciūt: que dixeri ego.
Hec aūt cū dixisset: unus
assistens mīstrorū dedit ala-
pā ihū dicens. Sic respōdes
pontifici? Respondit ei ihe-
sus. Si male locutus sū: tes-
timoniū phibe de malo. Si
aūt bene: quid me cedis?
Et misit eū ānas ligatū
ad cayphan pontificē. Er-
at aūt symon petrus stās:
et calefaciens se. Dixerūt er-
go ei. Nūquid et tu ex disci-
pulis eius es? Negauit ille.
et dixit. Non sū. Dicit unus
ex seruis pōtificis: cognatus
eius cuius abscidit petrus
auriculā. Nōne ego te vi-
di in orto cū illo? Iterū ergo
negauit petrus: et statī gal-
lus cantauit. Adducūt
ergo ihm̄ ad caypham in p̄-
toriū. Erat aūt mane. Et
ipi nō introierūt in p̄toriū.
ut nō contaminarent᷑: sed
mādūcarēt pascha. Exiuit
ergo pylatus ad eos foras:
et dixit. Quā accusationē
affertis aduersus hominē

huc? Responderunt et dixerunt
ei. Si nō esset hic malefactor:
nō tibi tradidissemus eum.
Dixit ergo eis pylatus. Acci
pite eū vos: et scdm legem
vrām iudicate eū. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis nō licet
interficē quēq̄m. Vt sermo ihe
su ipleretur quē dixit: signi
ficans qua esset morte mori
turus. Introiuit ergo iterū
in pretoriū pylatus: et voca
uit ihm et dixit ei. Tu es rex
iudeorū? Et respondit ihus.
A temetipō hoc dicis? an alii
tibi dixerunt de me? Respō
dit pylatus. Nūquid ego iu
deus sū? Gens tua et pōtifi
ces tradiderunt te michi. Quid
fecisti? Respondit ihus. Reg
nū meū nō est de hoc mūdo.
Si ex hoc mūdo esset regnū
meū: ministri mei vtiq̄ decerta
rent ut nō traderer iudeis.
Nūc autē regnū meū nō est
hinc. Dixit itaq̄ ei pylat?.
Ergo rex es tu? Respōdit ihs.
Tu dicis quia rex sū ego. E
go in hoc natus sū et ad hoc
veni in mundū: ut testimo
niū phibeā veritati. Omīs
qui est ex veritate: audit me
am vocē. Dicit ei pylatus.
Quid est veritas? Et cū hoc
dixisset: iterū exiuit ad iude
os. et dicit eis. Ego nullā
inuenio in eo causā. Est aūt
cōsuetudo vobis: ut vnū di
mittā vobis in pascha.
Vultis ergo dimittā vobis
regē iudeorū? Clamauerunt
rursū omēs dicentes. Nō hunc:
sed barrabam. Erat aūt bar
rabas latro. Capitulū xix.
Tunc ergo apprehē
dit pylatus ihm:
et flagellauit. Et
milites plectētes coronā de
spinis. iposuerunt capiti ei?:
et veste purpurea circūdederūt
eū: et veniebāt ad eū. et di
cebant. Aue rex iudeorū. Et
dabant ei alapas. Exiuit
iterū pylatus foras: et dicit
eis. Ecce adduco vobis eū
foras: ut cognoscatis qā
in eo nullā causā inuenio.
Exiuit ergo ihus portans

spineā coronā: et purpureū
vestimentū. Et dicit eis. Ecce
homo. Cum ergo vidis
sent eū pontifices et ministri:
clamabāt dicentes. Cruci
fige. crucifige eū. Dicit eis
pylatus. Accipite eū vos: et
crucifigite. Ego eñ nō in
uenio in eo causā. Respō
derūt ei iudei. Nos legē habe
mus: et sedm legē debet mo
ri: quia filiū dei se fecit. Cū
ergo audisset pylatus hūc
sermonē: magis timuit. Et
īgressus est p̄toriū iterū: et di
cit ad ihm. Unde es tu? Ihus
aūt responsū nō dedit ei. Di
cit ergo ei pylatus. Michi
nō loqueris? Nescis q̄a po
testatē habeo crucifigere te. et
potestatē habeo dimittē te?
Respondit ihus. Nō habēs
potestatē aduersū me ullā:
nisi tibi esset datū desup. P(ro)p
terea qui tradidit me tibi:
maius pctm habet. Exinde
q̄rebat pylatus dimittē eū.
Iudei aūt clamabāt dicētes
Si hūc dimittis: nō es ami
cus cesaris. Omnis qui se regē
facit: cōtradicit cesari. Pyla
tus ergo cū audisset hos ser
mones. adduxit foras ihm:
et sedit pro tribunali in loco
qui dicit lichostrotus. hebra
yce aūt gabata. Erat autē
parasceue pasche: hora qua
si sexta. Et dicit iudeis. Ecce
rex vester. Illi aūt clama
bant. Tolle tolle: crucifige
eū. Dicit eis pylatus. Regē
vrm crucifigā? Responderūt
pontifices. Nō habemus re
gem: nisi cesarē. Tūc ergo
tradidit eis illū: ut crucifi
geret. Susceperūt aūt ihm:
et eduxerūt. Et baiulans
sibi crucē. exiuit in eū qui di
citur caluarie locū. hebrayce
golgatha. ubi eū crucifixerūt:
Et cū eo alios duos hīc
et hinc: mediū autē ihm.
Scripsit autē et titulū py
latus: et posuit sup crucē.
Erat aūt scriptū: ihus na
zarenus rex iudeorū. Hunc
ergo titulū multi legerunt
iudeorū: quia p(ro)pe ciuitatē

erat locus ubi crucifixus ē
ihesus. Et erat scriptū hebra
ice grece et latine. Dicebāt
ergo pylato pontifices iu
deorū. Noli scribē rex iudeo
rū: sed quia ipē dixit. rex sū
iudeorū. Respondit pylat⁹
Quod scripsi scripsi. Mili
tes ergo cū crucifixissent eū:
acceperūt vestimenta eius
et fecerūt quatuor partes v
nicuiqȝ militi partē. Et tuni
cā. Erat autē tunica incōsu
tilis: desup̄ cōtexta per totū.
Dixerūt ergo ad inuicē. Nō
scindamus eā: sed sortiam̄
de illa cuius sit. Ut scriptura
īpleret̄ dicens. Partita sūt
vestimenta mea sibi: et in
vestē meā miserūt sortē. Et
milites quidē hec fecerunt.
Stabāt autē iuxta crucem
ihū mater eius. et soror ma
tris eius maria cleophe: et
maria magdalene. Cū vidis
set ergo ihesus matrē et disci
pulū stantē quē diligebat:
dicit matri sue. Mulier: ecce
filius tuus. Deinde dicit dis
cipulo. Ecce mater tua. Et
ex illa hora: accepit discipu
lus in suā. Postea sciens
ihesus quia iā omīa cōsum
mata sūt: ut consūmaret̄
scriptura dicit. Sitio. Uas
ergo positū erat aceto plenū
Illi autē spongiā plenā ace
to. ysopo circūponētes: obtu
lerūt ori eius. Cum ergo
accepisset ihesus acetū dixit.
Consūmatū est. Et inclinato
capite: tradidit spiritū. Iu
dei ergo qm̄ parasceue erat.
ut nō remanerēt in cruce cor
pa sabbō. erat enī magn⁹ dies
ille sabbati: rogauerūt py
latū ut frangerent̄ eorū cru
ra et tollerent̄. Uenerūt ergo
milites: et primi quidē fre
gerūt crura: et alterius qui
crucifixus est cū eo. Ad ihesū
autē cū venissēt: ut viderunt
eū iam mortuū nō fregerūt
eius crura: sed vnus militū
lancea latus eius aperuit:
et cōtinuo exiuit sanguis et
aqua. Et qui vidit testimo
niū phibuit: et verū est ei⁹

testimonium. Et ille scit quia ve
ra dicit: ut et vos credatis. Fac
ta sunt enim hec: ut scriptura im
pleretur. Os non comminuetis ex
eo. Et iterum alia scriptura di
cit. Videbunt in quem transfixerunt.
Post hec autem rogavit pyla
tum ioseph ab arimathia. eo
quod esset discipulus ihesu. occul
tus autem propter metum iudeorum:
ut tolleret corpus ihesu. Et per
misit pylatus. Venit ergo:
et tulit corpus ihesu. Venit
autem et nychodemus qui vene
rat ad ihesum nocte primum: fe
rens mixturam mirre et aloes.
quasi libras centum. Acce
perunt ergo corpus ihesu: et li
gaverunt eum lintheis cum aro
matibus. sicut mos iudeis
est sepelire. Erat autem in loco
ubi crucifixus est ortus: et in
orto monumentum novum. in
quo nondum quisquam positus
fuerat. Ibi ergo propter parasceven
iudeorum quia iuxta erat monumentum
posuerunt ihesum.
Una autem Capitulum xx.
sabbati maria mag
dalene venit mane cum adhuc
tenebre essent. ad monumen
tum. et vidit lapidem sublatum a
monumento. Currit ergo.
et venit ad symonem petrum et
ad alium discipulum quem ama
bat ihesus: et dicit eis. Tulerunt
dominum de monumento: et nesci
mus ubi posuerunt eum. Exiit
ergo petrus et ille alius disci
pulus: et venerunt ad monu
mentum. Currebant autem duo si
mul: et ille alius discipulus
precucurrit citius petro: et venit
primus ad monumentum. Et
cum se inclinasset. vidit posita
lintheamina: non tamen intro
ivit. Venit ergo symon petrus
sequens eum: et introivit in mo
numentum. Et vidit linthea
mina posita: et sudarium quod
fuerat super caput eius non cum
lintheaminibus positum: sed se
paratim involutum in unum locum.
Tunc ergo introivit et ille dis
cipulus qui venerat primus
ad monumentum: et vidit et
credidit. Nondum enim sciebant
scripturam: quia oporteret eum

a mortuis resurgere. Abierunt
ergo iterum ad semetipsos disci-
puli. Maria autem stabat
ad monumentum foris plorans.
Dum ergo fleret: inclinavit se.
et prospexit in monumentum.
Et vidit duos angelos in
albis sedentes: unum ad caput
et unum ad pedes. ubi positum
fuerat corpus ihesu. Dicunt
ei illi. Mulier quid ploras?
Dicit eis. Quia tulerunt dominum
meum: et nescio ubi posuerunt
eum. Hec cum dixisset conversa est
retrorsum. et vidit ihesum stantem:
et non sciebat quia ihesus est.
Dicit ei ihesus. Mulier quid plo-
ras? Quem queris? Illa ex-
istimans quia ortulanus es-
set: dicit ei. Domine si tu sustu-
listi eum. dicito michi ubi po-
suisti eum: et ego eum tollam. Di-
cit ei ihesus. Maria. Conversa
illa: dicit ei. Rabboni: quod
dicitur magister. Dicit ei ihesus.
Noli me tangere. Nondum
enim ascendi ad patrem meum.
Vade autem ad fratres meos: et dic
eis. Ascendo ad patrem meum
et patrem vestrum: deum meum et de-
um vestrum. Venit maria mag-
dalene annuncians discipulis:
quia vidi dominum. et hec dixit
michi. Cum ergo esset se-
ro die illo una sabbatorum:
et fores essent clause ubi e-
rant discipuli congregati prop-
ter metum iudeorum: venit ihesus
et stetit in medio. et dicit e-
is. Pax vobis. Et cum hoc
dixisset: ostendit eis manus
et latus. Gavisi sunt ergo
discipuli: viso domino. Dixit er-
go eis iterum. Pax vobis. Si-
cut misit me pater: et ego
mitto vos. Hoc cum dixisset:
insufflavit et dicit eis. Acci-
pite spiritum sanctum. Quorum
remiseritis peccata: remittuntur
eis. Et quorum retinueritis: re-
tenta sunt. Thomas autem unus
ex duodecim qui dicitur didimus:
non erat cum eis quando venit
ihesus. Dixerunt ergo ei alii dis-
cipuli. Vidimus dominum. Ille
autem dixit eis. Nisi videro in
manibus eius fixuram clavo-
rum: et mittam digitum meum in

locū clauorū. et mittā ma
nū meā in latus eius: nō cre
dam. Et post dies octo: ite
rū erant discipuli eius intus.
et thomas cū eis. Venit ihūs
ianuis clausis: et stetit in
medio et dixit. Pax vobis.
Deinde dicit thome. Infer di
gitū tuū huc et vide manus
meas: et affer manū tuā
et mitte in latus meū: et no
li esse incredulus sed fidelis.
Respondit thomas: et dix
it ei. Dñs meus: et deus me
us. Dicit ei ihūs. Quia vi
disti me credidisti: beati q̄
nō viderūt et crediderūt. Mul
ta quidē et alia signa fecit
ihūs in cōspectu discipulorum
suorū: que nō sūt scripta in
libro hoc. Hec autē scripta
sūt ut credatis quia ihūs est
xp̄c filius dei: et ut credentes
vitā habeatis in noīe eius.

Postea Capl' xxi.
manifestavit se iterum
ihūs ad mare tybe
riadis: manifestavit autē
sic. Erant simul symon petr'

et thomas qui dicitur didimus
et nathanahel qui erat a cha
na galilee. et filii zebedei: et a
lii ex discipulis eius duo. Di
cit eis symon petrus. Vado
piscari. Dicūt ei. Venimus et
nos tecū. Et exierūt et ascende
rūt in navē: et illa nocte ni
chil prendiderūt. Mane autē
iā facto: stetit ihūs in littore.
Nō tamen cognoverūt disci
puli: quia ihūs est. Dicit er
go eis ihūs. Pueri: nūquid
pulmentariū habetis? Respō
derūt ei. Nō. Dixit eis. Mitti
te in dexterā navigii rete: et
īvenietis. Miserūt ergo: et
iā nō valebāt illud trahē pre
multitudine piscium. Dicit
ergo discipul' ille quē dilige
bat ihūs petro. Dñs est. Sy
mon petrus cū audisset quia
dñs est: tunica succinxit se.
erat enī nudus. et misit se
in mare. Alii autē discipuli
navigio venerūt. Non enī
longe erat a terra: sed quasi
cubitis ducentis trahētes rete
piscium. Ut ergo descenderūt

in terrā: viderunt prunas
positas. et piscē suppositū
et panē. Dicit eis ihūs. Af
ferte de piscibus quos prendidis
tis nunc. Ascendit symō pe
trus: et traxit rete in terrā ple
nū magnis piscibus. centū qūin
quaginta tribus. Et cū tanti es
sent: nō est scissū rete. Dicit
eis ihūs. Venite prandete. Et
nemo audebat discumbentiū in
terrogare eū tu quis es: scien
tes quia dūs est. Et venit ihūs
et accepit panē et dat eis: et
piscē similit'. Hoc iā tertio
manifestatus est ihūs discipul'
suis cū resurrexisset a mortu
is. Cū ergo prandissent: dicit
symoni petro ihūs. Symō
iohannis diligis me plus
hiis? Dicit ei. Etiā dūe: tu scis
quia amo te. Dicit ei. Pas
ce agnos meos. Dicit ei
iterū. Symon iohannis dili
gis me? Ait illi. Etiā dūe:
tu scis quia amo te. Dicit
ei. Pasce agnos meos. Di
cit ei tertio. Symon iohan
nis amas me? Contristatus

est petrus quia dixit ei terti
o amas me: et dicit ei. Dūe
tu omnia scis: tu scis quia amo
te. Dicit ei. Pasce oves me
as. Amen amē dico tibi:
cū esses iunior cingebas te
et ambulabas ubi volebas.
Cū autē senueris: extendes
manus tuas. et alius te cin
get. et ducet quo nō vis. Hoc
autē dixit: significans qua
morte clarificaturus esset de
um. Et cū hoc dixisset: dicit
ei. Sequere me. Conversus
petrus. vidit illū discipulū
quē diligebat ihūs sequen
tē: qui et recubuit in cena
sup pectus eius. et dixit. Dūe
quis est qui tradet te. Hunc
ergo cū vidisset petrus: dicit
ihū. Dūe. hic autē quid? Di
cit ei ihūs. Sic eū volo ma
nere: donec veniā. Quid ad
te? Tu me sequere. Exivit ergo
sermo iste inter fratres: quia
discipulus ille nō moritur.
Et nō dixit ei ihūs nō mo
ritur: sed sic eū volo manere
donec veniā. quid ad te. Hic

est discipulus qui testimo
nium perhibet de hijs: et scrip
sit hec. Et scimus: quia ve
rum est testimonium eius. Sunt
autem et alia multa que fecit
ihesus: que si scribantur per sin
gula. nec ipsum arbitror mun
dum capere eos qui scriben
di sunt libros. Explicit
euangelium secundum iohannem.

Incipit prefatio beati hieronimi presbiteri in corpore epistolarum beati pauli apostoli.

Primum queritur: quare post euangelia que supplementum legis sunt. et in quibus nobis exempla et precepta viuendi plenissime digesta sunt: voluerit apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare. Hac autem causa factum videtur: scilicet ut in initio nascentis ecclesie nouis causis existentibus et presentia atque orientia resecaret vitia: et ut post futuras excluderet questiones: exemplo prophetarum qui post editam legem moysi in qua omnia mandata dei legebantur: nichilominus tamen doctrina sua rediuiua semper populi compressere peccata: et propter exemplum viuendi libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde queritur. cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decem enim sunt. cum illa que dicitur ad hebreos. Nam relique quatuor. ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet nouum non discrepare a veteri testamento: et se contra legem non facere moysi: ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas ordinauit. Et quot ille preceptis a pharaone instituit liberatos: tot hic epistolis a dyaboli et ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse: viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane que ad hebreos inscribitur: quidam pauli non esse contendunt. eo quod non sit eius nomine titulata. et propter sermonis stilique distantiam: sed aut barnabe iuxta tertullianum. aut luce iuxta quosdam: vel certe clementis discipuli apostolorum et episcopi romane ecclesie post apostolos ordinati. Quibus respondendum est. Si propterea pauli non erit. quia eius

non habet nomen: ergo nec alicuius erit: quod nullius nomine titulatur. Quod si inconveniens absurdumque est. ipsius magis esse credenda est: quia tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur: voluit tacito nomine de figuris legis et veritate christi reddere rationem: ne odium nominis fronte prelati. utilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum. si eloquentior videatur in proprio. id est hebreo: quam in peregrino. id est greco: quo cetere epistole sunt scripte sermone. Movet etiam quosdam quare romanorum epistola in primo sit posita: cum eam non primam scriptam ratio manifestet. Nam hanc se proficiscentem iherosolimam scripsisse testatur: cum corinthios et alios iam ante ut ministerium quod secum portaturus erat colligerent: litteris adhortatus sit. Unde et intelligi quidam volunt. ita omnes epistolas ordinatas: ut primo poneretur que vilis posterior fuerit destinata: ut per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant: ut non intelligerent dei se gratia. sed suis meritis esse salvandos: et ob hoc duo inter se populi conflictarent. Idcirco illos indigere asserit confirmari: vitia gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scientie gratiam esse concessam: et non tam omnes increpat. quam cur peccantes non increpaverint reprehendit: sicut ait. Auditur inter vos fornicatio. Et iterum. Congregatis vobis cum meo spiritu: tradere huiusmodi hominem sathane. In secunda vero laudantur: et ut magis ac magis proficiant ammonentur. Galathe vero iam nullius criminis arguuntur: nisi hoc tantum quod callidissimis pseudo apostolis crediderunt. Ephesii sane nulla reprehensione. sed multa laude sunt digni: quia fidem apostolicam servaverunt. Philippenses

ses etiā multo magis collau
dat: q̄ nec audire quidē falsos
aplos voluerint. Colosenses
autē tales erant: ut cū aplo
visi corporalit' nō fuissent:
hac laude digni haberentur.
Et si corpore inquit absens
sū, sed spiritu vobiscū sum:
gaudens et videns ordinem
vrm. Thessalonicenses nichi
lominus in duabz epistol'
omnī laude psequit': eo qd
nō solū fidē incōcussā serua
uerint veritatis: sed etiā in p
secucione ciuiū fuerint cōstan
tes īuenti. De hebreis vero
quid dicendū est. Quorum
thessalonicēses qui plurimū
laudati sunt imitatores facti
esse dicuntur: sicut ipē ait. Et
vos frēs imitatores facti estis
ecclesiarū dei que sunt in iudea.
Eadē enī passi estis et vos a
cōtribulibz vris: que et illi
a iudeis. Apud ipōs quoqz
hebreos eadē cōmemorat: di
cens. Nā et vinctis cōpassi
estis. et rapinā bonorū vrō
rū cū gaudio suscepistis: cog
noscentes vos habē meliorē et
manentē substanciā. Expli
cit pfatio. Incipit argumē
tū in eplam bti apli pauli
Romani ad rōnos.
sunt in partibz
ytalie. Hij pre
uenti sunt a fal
sis aplis: et sub nomine dnī
nrī ihu xpi in legē et pphetas
erant inducti. Hos reuocat
aplus ad verā et euāgelicā
fidē scribēs eis ab athenis vel
a corintho que in achaia est.
Explicit argumentū. Inci
pit epistola ad romanos.
Paulus
seruus
ihu
xpi
voca
tus
apls.
segregatus in euāgeliū dei.
quod ante pmiserat per p
phetas suos in scripturis scīs
de filio suo. qui factus est ei
ex semine dauid scdm carnē:
qui pdestinatus est filius dei

in virtute sc̄dm spiritū sāti
ficationis ex resurrectione mor
tuorū ihū xp̄i dn̄i nr̄i: per
quē accepim⁹ graciā et apl'a
tū ad obediendū fidei in ō
nibus gentib; pro nomīe e
ius in quib; estis et vos vo
cati ihū xp̄i: omnibus qui st̄
rome dilectis dei vocatis
sanctis. Gracia vobis et pax
a deo p̄re nr̄o. et dn̄o ihū xp̄o.
Primū quidē gracias ago
deo meo per ihm xp̄m pro
omībus vobis: quia fides
vr̄a ānunciat' in universo
mūdo. Testis enī michi est
deus cui servio in spiritu me
o in euāgelio filij eius: qd̄
sine intermissione memoriā
vr̄i facio semp in orōnibus
meis: obsecrans si quo mō
do tandē aliqñdo p̄speū it'
habeā in volūtate dei veniē
di ad vos. Desidero enī vidē
vos. ut aliquid ipertiar grā
cie vobis spiritalis ad cōfir
mandos vos: id est simul
cōsolari in vobis per eā que
īvicē est fidem vr̄am atq; me

am. Nolo enī vos ignorare
fr̄es: quia sepe p̄posui veni
re ad vos. et p̄hibitus sū us
q; adhuc: ut aliquē fructū
habeā et in vobis sicut et in
ceteris gentib;. Grecis ac bar
baris sapientib; et insipiē
tibus debitor sū: ita qd̄ in me
p̄mptū est et vobis qui ro
me estis euāgelizare. Nō enī
erubesco euangeliū. Virtus
enī dei est in salutē omī cre
denti: iudeo primū et greco.
Iusticia enī dei in eo revelat'
ex fide in fidē: sicut scriptū est.
Iustus aūt ex fide vivit. Re
uelatur enī ira dei de celo su
per om̄ē īpietatē et īiusticiā
hominū. eorū qui veritatē
dei in īiusticia detinent: q̄a
quod notū est dei manifestū
est in ill'. Deus enī illis re
uelavit. Invisibilia enim
ip̄ius a creatura mūdi. p
ea que facta sūt intellecta
cōspiciūtur: sempit'na quoq;
eius virtus et divinitas:
ita ut sint inexcusabiles. Q̄
a cū cognovissēt deū. non

sicut deum glorificaverunt aut
gratias egerunt: sed evanue
runt in cogitationibus suis: et
obscuratum est insipiens cor eorum.
Dicentes enim se esse sapientes: stul
ti facti sunt. Et mutaverunt
gloriam incorruptibilis dei: in si
militudinem ymaginis corrup
tibilis hominis. et volucrum et
quadrupedum et serpentium.
Propter quod tradidit illos de
us in desideria cordis eorum. in
inmunditiam: ut contumeliis
afficiant corpora sua in semet
ipsis. Qui commutaverunt veri
tatem dei in mendacium: et colue
runt et servierunt creature poti
us quam creatori. qui est bene
dictus in secula. amen. Prop
terea tradidit illos deus in pas
siones ignominie. Nam femi
ne eorum immutaverunt natu
ralem usum: in eum usum qui est
contra naturam. Similiter autem
et masculi. relicto naturali
usu femine. exarserunt in desi
deriis suis. in invicem mascu
li in masculos turpitudinem
operantes: et mercedem quam
oportuit erroris sui in semet
ipsis recipientes. Et sicut non
probaverunt deum habere in noti
cia: tradidit illos deus in
reprobum sensum. ut faciant ea
que non conveniunt: repletos
omni iniquitate. malicia.
fornicatione. avaricia. nequi
cia: plenos invidia. homici
dio. contentione. dolo. malig
nitate. susurrones. detracto
res deo odibiles. contumelio
sos. superbos. elatos. invento
res malorum. parentibus non
obedientes. insipientes. incom
positos: sine affectione. abs
que federe. sine misericordia. Qui cum
iusticiam dei cognovissent:
non intellexerunt. quoniam qui ta
lia agunt digni sunt morte.
Non solum qui faciunt ea: sed
etiam qui consentiunt facientibus.

Capitulum II.

Propter quod inexcusabil
is es o homo omnis
qui iudicas. In quo enim
iudicas alterum: teipsum con
dempnas. Eadem enim agis que
iudicas. Scimus enim: quoniam

iudiciū dei est scd̄m veritatē
in eos qui talia agūt. Exis
timas autē hoc o homo.
qui iudicas eos qui talia
agūt. et facis ea: quia tu
effugies iudiciū dei? An di
uicias bonitatis eius et pa
ciencie et lōganimitatis cō
tempnis: ignorās qm̄ be
nignitas dei ad penitēciā
te adducat? Scd̄m duriciā
autē tuā et cor īpenitens
thesaurizas tibi irā in die i
re. et revelationis iusti iudi
cij dei: qui reddet unicuiqȝ
scd̄m opera eius. Hijs quidē
qui scd̄m pacienciā boni o
peris gloriā et honorē et in
corruptionē: querentibȝ vitā
eternā. Hijs autē qui ex con
tencione et qui nō acquiescūt
veritati. credūt autē īiquita
ti: ira et indignatio. Tribula
cio et angustia. in omnē ai
mā hoīs operātis malū:
iudei primū et greci. Gloria
autē et honor et pax omni ope
ranti bonū: iudeo primū et
greco. Nō est enī psonarū
acceptio apud deū. Quicūqȝ
enī sine lege peccaverūt: sine
lege peribūt. Et quicūqȝ in le
ge peccaverūt: per legē iudi
cabuntur. Nō enī auditores
legis iusti sūt apud deū: sed
factores legis iustificabūtur.
Cū enī gentes que legē non
habent. naturalit̄ ea que le
gis sūt faciūt: eiusmodi le
gē nō habentes. ipi sibi sūt
lex: qui ostendūt opus legis
scriptū in cordibȝ suis. testi
moniū reddente illis cōsciencia ip
sorū. et inter se inuicē cogitati
onū accusantiū. aut etiam
defendentiū in die cū iudica
bit deus occulta hoīm. scd̄m
evangeliū meū per ihm xpm.
Si autē tu iudeus cognomina
ris. et requiescis in lege. et glo
riaris in deo. et nosti volunta
tem eius. et pbas utiliora ī
structus per legē: cōfidis te
ipm ducē cecorū. lumē eorū
qui in tenebris sūt. erudito
rem īsipientiū. magistrū in
fantiū. habentē formā scīe
cie et veritatis in lege. Qui

ergo aliū doces: teipsum nō
doces. Qui p̄dicas nō furā
dū. furaris. Qui dicis non
mechandū. mecharis. Qui
abhominaris ydola: sacrile
giū facis. Qui in lege glori
aris: per p̄uaricationē legis
deū inhonoras. Nomē enī
dei per vos blasphemat[ur] int[er]
gentes: sicut scriptū est. Cir
cūcisio quidē p̄dest: si legē ob
serues. Si aūt p̄uaricator
legis sis: circūcisio tua p̄pu
ciū facta est. Si igit[ur] p̄puciū
iusticias legis custodiat: nō
ne p̄puciū illius in circūcisio
nem reputabit[ur]: et iudicabit
quod ex natā est p̄puciū legē
cōsummans te qui per litterā
et circūcisionē p̄uaricator le
gis es. Nō enī qui in mani
festo iudeus est. neq[ue] que in
manifesto in carne circūcisi
o: sed qui in abscōdito iude[us]
ē. et circūcisio cord[is] ī spū nō lrā:
cuius laus nō ex homīb[us] sed
ex deo est. Caplm
Quid ergo am iij.
plius est iudeo: aut
que utilitas circūcisionis? Mul
tū per omnē modū. Primū
quidē: quia credita sunt illis
eloquia dei. Quid enī si qui
dā illorū nō crediderunt? Nū
quid incredulitas illorū fidē
dei euacuauit? Absit. Est aūt
deus verax: omnis autē ho
mo mendax: sicut scriptū est.
Ut iustificeris in sermonib[us]
tuis: et vincas cū iudicaris.
Si aūt iniquitas nr̄a iusticia
am dei cōmendat: quid di
cemus? Nūquid iniquus est
deus. qui infert irā? Sedm
hominē dico. Absit. Alioqi
quomō iudicabit deus huc
mūdū? Si enī veritas dei ī
meo mendacio habūdauit
in gloriā ipsius: quid ad
huc et ego tamq[uam] peccator iudi
cor? Et nō sicut blasphema
mur. Et sicut aiūt nos qui
dā dicere. faciamus mala
ut veniāt bona: quorū dāp
natio iusta est. Quid igit[ur]?
P̄cellimus eos? Nequaq[uam].
Causati enī sumus iudeos et
grecos omnēs sub peccato esse:

sicut scriptū est. Quia nō est
iustus quisq̄: nō est intelli
gens: nō est requirēs deum.
Om̄es declinauerūt, simul in
utiles facti sūt: nō est qui
faciat bonū. nō est usq; ad
unū. Sepulchrū patēs est
guttur eorū: linguis suis
dolose agebāt: venenū aspi
dū sub labiis eorū. Quorū
os maledictione et amaritu
dine plenū est: veloces pedes
eorū ad effundendū sangui
nē. Contritio et īfelicitas in
viis eorū: et viā pacis non
cognouerūt: nō est timor
dei ante oculos eorū. Scim⁹
aut̄ q̄m queciq; lex loquit̄
hiis qui in lege sūt loquit̄:
ut om̄e os obstruat̄. et sub
ditus fiat om̄is mūdus deo:
quia ex operib; legis nō ius
tificabit̄ om̄is caro corā illo.
Per legē enī cognitio pcī.
Nūc aut̄ sine lege iusticia
dei manifestata est: testificata
a lege et ꝓphetis. Iusticia aūt
dei per fidē ihū xpī sup om̄es
qui credūt. Nō enī est distinc
tio. Om̄es enī peccauerūt:
et egent gloria dei. Iustifica
ti gratis per graciā ip̄ius ꝑ
redemptionē que est in xp̄o
ihū: quē ꝓposuit deus ꝓpicia
torē per fidē in sanguine ip
sius ad ostensionem iusticie
sue. ꝓpter remissionē p̄cedē
tiū delictorū in sustētatione
dei: ad ostensionē iusticie ei⁹
in hoc tēpore: ut sit ip̄e iust⁹
et iustificans eū qui ex fide ē
ihū xpī. Ubi est ergo gloria
tio tua? Exclusa est. P quā
legē? Factorū? Non. Sed per
legē fidei. Arbitramur enī iusti
ficari hominē per fidē sine o
peribꝫ legis. An iudeorū deus
tantū? Nōne et gentiū? Im
mo et gentiū. Qm̄quidē u
nus deus qui iustificat circū
cisionē ex fide: et ꝑpuciū per
fidē. Legē ergo destruimus ꝑ
fidē? Absit. Sed legē statuim⁹.

Quid Caplm iiii.
ergo dicemus īue
nisse abrahā pa
trē nr̄m scdm carnē? Si enī
abrahā ex operibꝫ legis ius

tificatus est: habet gloriã. sed
nõ apud deũ. Quid enim scrip
tura dicit? Credidit abrahã
deo: et reputatũ est illi ad iusti
ciã. Ei autẽ qui operat᷑: mer
ces nõ imputat᷑ scdm gra
ciam. sed scdm debitũ. Ei vero
qui nõ operat᷑. credenti autẽ
in eũ qui iustificat impiũ. re
putat᷑ fides eius ad iusticiã
scdm ꝓpositũ gracie dei: sicut
et dauid dicit. beatitudinem
hominis cui deus accepto fert
iusticiã sine operibꝫ. Beati
quorũ remisse sũt iniquitates:
et quorũ tecta sũt pcc̃a. Bea
tus vir cui nõ imputauit dñs
pcc̃m. Beatitudo ergo hec in
circũcisione tantũ manet?
an etiã in ꝓpucio? Dicimus
enim: quia reputata est abra
he fides ad iusticiã. Quomõ
ergo reputata est? In circũci
sione an in ꝓpucio? Non in
circũcisione: sed i ꝓpucio. Et
signũ accepit circũcisionis.
signaculũ iusticie fidei que
est in ꝓpucio: ut sit pater õi
um credentiũ. per ꝓpuciũ ut

reputet᷑ et illis ad iusticiã. et
sit pater circũcisionis: nõ hijs
tantũ qui sũt ex circũcisione:
sed et hijs qui sectant᷑ vestigi
a fidei que est in ꝓpucio pr̃is
nr̃i abrahe. Nõ enĩ per legẽ
ꝓmissio abrahe aut semini
eius. ut heres esset mũdi: sed
per iusticiã fidei. Si enĩ qui
ex lege heredes sũt: exinanita
est fides. abolita est ꝓmissio.
Lex enĩ irã operat᷑. Ubi enim
nõ est lex: nec ꝓuaricatio. Ide
o ex fide: ut scdm graciã fir
ma sit ꝓmissio omĩ semini.
Nõ ei qui ex lege est solũ: sed
et ei qui ex fide est abrahe qui
est pater oĩm nr̃m: sicut scrip
tũ est. Quia patrẽ multarũ
gentiũ posui te ante deũ cui
credidisti: qui viuificat mor
tuos. et vocat ea que nõ sũt
tanq̃ ea que sũt. Qui cont̃
spẽ in spem credidit. ut fieret
pater multarũ gentiũ: secũ
dũ qd̾ dictũ est ei. Sic erit
semen tuũ sicut stelle celi: et
sicut arena que est in litore
maris. Et nõ infirmatus ẽ

fide: nec consideravit corpus su
um emortuum cum fere centum an
norum esset. et emortuam vulvam
Sare. In promissione etiam dei non
hesitavit diffidentia: sed confor
tatus est fide. dans gloriam deo:
plenissime sciens. quia que
cumque promisit potens est et fa
cere. Ideo reputatum est illi ad
iustitiam. Non est autem scriptum
tantum propter ipsum. quia repu
tatum est illi ad iustitiam: sed
et propter nos quibus reputabi
tur credentibus in eum. qui susci
tavit ihesum christum dominum nostrum
a mortuis: qui traditus est
propter delicta nostra. et resurrexit
propter iustificationem nostram.

Iustificati Capitulum v.

igitur ex fide pacem habe
amus ad deum per dominum
nostrum ihesum christum: per quem et ac
cessum habemus per fidem in gratiam
istam in qua stamus et gloriamur in spe
glorie filiorum dei. Non solum autem.
sed et gloriamur in tribula
tionibus: scientes quod tribula
tio patientiam operatur. patien
tia autem probationem. probatio
vero spem. spes autem non confundit:
quia caritas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis. Ut quid
enim christus cum adhuc infirmi es
semus secundum tempus pro impiis
mortuus est? Vix enim pro
iusto quis moritur. Nam pro
bono forsitan quis audeat
mori. Commendat autem suam
caritatem deus in nobis: quoniam
cum adhuc peccatores essemus.
christus pro nobis mortuus est.
Multo igitur magis iustifica
ti nunc in sanguine ipsius: sal
vi erimus ab ira per ipsum.
Si enim cum inimici essemus re
conciliati sumus deo per mor
tem filii eius: multo magis
reconciliati salvi erimus in vi
ta ipsius. Non solum autem: sed
et gloriamur in deo. per dominum
nostrum ihesum christum: per quem nunc
reconciliationem accepimus.
Propterea sicut per unum homi
nem in hunc mundum peccatum in
travit. et per peccatum mors: et
ita omnes homines mors per
transiit. in quo omnes pecca

uerūt. Usqȝ ad legē eīm pctm
erat in mūdo. Pctm autē nō
imputat': cū lex nō est. Sed
regnauit mors ab adā usqȝ
ad moysen etiā in eos qui
nō peccauerūt: in similitudi
nē puaricationis ade qui est
forma futuri. Sed nō sicut
delictū. ita et donū. Si eīm u
nius delicto multi mortui
sūt: multo magis gracia
dei et donū in gracia unius
hominis ihū xpi in plures ha
būdauit. Et nō sicut p unū
pctm: ita et donū. Nā iudi
ciū ex uno in cōdempnatio
nē: gracia autē ex multis de
lictis in iustificationē. Si
eīm in unius delicto mors
regnauit per unū: multomā
gis habūdanciā gracie et do
nationis et iusticie accipien
tes. in uitā regnabūt p unū
ihm xpm. Igit' sicut p uni'
delictū in omēs homīes in
cōdempnationē: sic et p uni'
iusticiā in omēs homīes in
iustificationē uite. Sicut e
nī per inobedienciā unius

hominis pctores cōstituti sūt
multi: ita et p unius obedi
enciā iusti cōstituūtur multi.
Lex autē subintrauit: ut habū
daret delictū. Ubi autē habū
dauit delictū. suphabūdauit
gracia: ut sicut regnauit
pctm in mortē: ita et gracia
regnet per iusticiā in uitā
eternā per ihm xpm dnm
nrm. Caplm vi
Quid ergo dicem'?
Pmanebimus in
pctō. ut gracia habūdet?
Absit. Qui eīm mortui sum'
pctō: quomō adhuc uiue
mus in illo? An ignoratis
quia quicūqȝ baptizati su
mus in xpo ihū. in morte
ipsius baptizati sum'? Con
sepulti eīm sumus cū illo p
baptismū in mortē: ut quo
modo xpc resurrexit a mor
tuis per gloriā patris: ita
et nos in nouitate uite am
bulemus. Si eīm cōplātati
facti sumus similitudini
mortis eius: simul et resur
rectionis erim'. Hoc scientes

quia vetus homo noster si
mul crucifixus est: ut destrua
tur corpus pcti. ut ultra nō
seruiamus pcto. Qui enī mor
tuus ē: iustificatus est a pcto.
Si autē mortui sumus cum
xpo: credimus quia simul
etiā viuemus cū xpo. Scien
tes qđ xpc surgens ex mortu
is iā nō morit: mors illi
ultra nō dnabit. Quod enī
mortuus est pcto: mortuus
est semel. Quod autē viuit:
tus est petro in apostolatū
circūcisionis: operatus est
et michi inter gentes. Et cū
cognouissent graciā que da
ta est michi. iacobus et ce
phas et iohānes qui videbā
tur colūpne esse. dextras dede
rūt michi et barnabe socie
tatis: ut nos in gentes. ipi
aūt in circūcisionē: tantū
ut pauperū memores esse
mus. Quod eciā sollicitus
fui hoc ipm facere. Cū autē
venisset cephas anthiochiā.
in facie ei restiti: quia repre
hensibilis erat. Prius eīn q̄
venirent quidā ab iacobo:
cū gentibus edebat. Cū aūt
venissent subtrahebat et se

gregabat se. timens eos q'
ex circūcisione erant: et simu
lationi eius cōsenserūt cete
ri iudei: ita ut barnabas
duceret᷑ ab eis in illā simu
lationē. Sed cū vidissē qđ
nō recte ābularent ad veri
tatē euāgelij: dixi cephe co
rā omībus. Si tu cū iude
us sis gentilit᷑ et nō iudaice
viuis: quomodo gentes co
gis iudaizare? Nos natura
iudei: et nō ex gentibȝ pctōres.
Scientes aūt qđ nō iustifica
tur homo ex operibȝ legis ni
si per fidē ihū xp̄i: et nos in
xp̄o ihū credimus. ut iustifi
cemur ex fide xp̄i. et nō ex ope
ribus legis. Ppter quod ex
operibus legis nō iustifica
bitur omīs caro. Qđ si que
rentes iustificari in xp̄o. in
uenti sumus et ipi pctōres:
nūquid xp̄c pcī minister est?
Absit. Si eīn que destruxi hec
iterū redifico: p̄uaricatorē
me cōstituo. Ego eīn per le
gem legi mortuus sū: ut de
o viuā. Xp̄o cōfixus sū cruci.

Viuo autem iam non ego: viuit
vero in me xpc. Qd autem nunc
viuo in carne in fide viuo fi
lij dei: qui dilexit me et tra
didit semetipsum pro me. Non
abiicio graciam dei. Si enim per
legem iusticia: ergo xpc gra
tis mortuus est. Capitulum iii.

O Insensati galathe
quis vos fascina
uit non credere verita
ti? ante quorum oculos ihs
xpc proscriptus est in vobis
crucifixus? Hoc solum a vo
bis volo discere. Ex operibus
legis spiritum accepistis? an
ex auditu fidei? Sic stulti es
tis: ut cum spiritu ceperitis.
nunc carne consummamini. Tan
ta passi estis sine causa: si
tamen sine causa. Qui er
go tribuit vobis spiritum et
operatur virtutes in vobis?
ex operibus legis an ex au
ditu fidei? Sicut abraham
credidit deo: et reputatum est
illi ad iusticiam. Cognoscite
ergo. quia qui ex fide sunt:
hij sunt filij abrahe. Prouidens
autem scriptura quia ex fide
iustificat gentes deus: prenun
ciauit abrahe. quia benedi
centur in te omnes gentes. Igitur
qui ex fide sunt: benedicentur
cum fideli abraham. Quicumque
enim ex operibus legis sunt: sub
maledicto sunt. Scriptum est
enim. Maledictus omnis qui
non permanserit in omnibus
que scripta sunt in libro legis:
ut faciat ea. Quoniam autem in le
ge nemo iustificatur apud
deum: manifestum est quia iustus
ex fide viuit. Lex autem non est
ex fide: sed qui fecerit ea vi
uet in illis. Xpc nos redemit
de maledicto legis. factus
pro nobis maledictum: quia
scriptum est. maledictus om
nis qui pendet in ligno:
ut in gentibus benediccio a
brahe fieret in xpo ihu: ut
pollicitationem spiritus accipia
mus per fidem. Fratres secundum
hominem dico: tamen hominis
confirmatum testamentum nemo
spernit. aut superordinat.
Abrahe dicte sunt promissiones:

et semĩ eius. Nõ dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in uno et semini tuo qui est xp̄c. Hoc autē dico testamentũ cõfirmatũ a deo: que post quadringētos et triginta ānos facta est lex. nõ irritā facit ad euacuādā p̄missionē. Nā si ex lege hereditas: iam nõ ex p̄missione. Abrahe autē per repromissionē donauit deus. Quid igitur? Lex p̄pter transgressiões posita est. donec ueniret semen cui p̄miserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē unius nõ est: deus autē unus est. Lex ergo aduersus p̄missa dei? Absit. Si enī data esset lex que posset uiuificare: uere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura omīa sub pctō: ut p̄missio ex fide ihū xp̄i daretur credentibus. Prius autē q̄ ueniret fides. sub lege custodiebamur: cõclusi in eā fidem que reuelanda erat. Itaqȝ lex pedagogus noster fuit in xp̄o: ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides: iam nõ sumus sub pedagogo. Omnes enī filij dei estis per fidē in xp̄o ihū. Quicumqȝ enī in xp̄o baptizati estis: xp̄m induistis. Nõ est iudeus neqȝ grecus: nõ est seruus neqȝ liber: nõ est masculus neqȝ femina. Omnes enī uos unū estis in xp̄o ihesu. Si autē uos xp̄i: ergo abrahe semen estis. secūdum p̄missionē heredes. Capitulum iiij.

Dico autē. Quanto tēpore heres paruulus est. nichil differt a seruo cū sit dn̄s omnium: sed sub tutoribus et actoribus ē usqȝ ad p̄finitū tempus a patre. Ita et nos cū essemus paruuli: sub elemētis mūdi eramus seruiētes. At ubi uenit plenitudo temporis. misit deus filiū suū factū ex muliere. factū sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptionē filiorū reciperemus. Qm

aūt estis filij: misit deus spi
ritū filij sui in corda vr̄a cla
mantē abba pater. Itaqꝫ iā
nō est seruus: sed filius. Qđ
si filius: et heres per deū. Sed
tūc quidē ignorantes deū: hijs
qui natura nō sūt dij seruie
batis. Nūc aūt cū cognoue
ritis deū ymo cogniti sitis
a deo: quomodo conuertimī
iterū ad infirma et egena e
lementa. quibꝫ denuo serui
re vultis? Dies obseruatis
et menses. et tēpora et ānos.
Timeo vos: ne forte sine cau
sa laborauerī in vobis. Es
tote sicut ego: quia et ego si
cut vos. Fratres. obsecro vos:
nichil me lesistis. Scitis aūt
quia per infirmitatē carnis
euāgelizaui vobis iā pridē:
et temptationē vr̄am in car
ne mea nō spreuistis neqꝫ
respuistis: sed sicut angelū
dei excepistis me. sicut xp̄m
ih̄m. Ubi est ergo beatitudo
vr̄a? Testimoniū enī phibe
o vobis: quia si fieri posset.
oculos vr̄os eruisseris et de
disseris michi. Ergo inimicus
vobis factus sū. verū dicēs
vobis? Emulantur vos non
bene: sed excludē vos volunt.
ut illos emulemī. Bonū aūt
emulamī in bono semp: et
nō tantū cū p̄sens sū apud
vos. Filioli mei quos iterū
parturio: donec formetur xp̄c
in vobis. Vellē aūt esse ap
vos modo et mutare vocem
meā: qm̄ cōfundor in vob.
Dicite michi qui sub lege
vultis esse. legē nō legistis?
Scriptū est enī. qm̄ abrahā
duos filios habuit: unū
de ancilla et unū de libera.
Sed qui de ancilla: scđm car
nē natus est. Qui aūt de li
bera: per repromissionem.
Que sūt per allegoriā dicta.
Hec enī sūt duo testamēta.
Unū quidē in monte syna
in seruitutē generans: que
est agar. Syna enī mons
est in arabia. qui cōiunctus
est ei que nūc est ihr̄lm: et
seruit cū filijs suis. Illa aūt
que sursū est ihr̄lm libera ē.

que est mater nr̄a. Scriptū
est enī. Letare sterilis que nō
paris: erumpe et clama que
nō parturis: quia multi fi
lij deserte. magis q̄ eius que
habet virū. Nos aūt frēs. se
cundū ysaac pmissionis fi
lij sumus. Sed quomō tūc
qui scd̄m carnē natus fue
rat psequebatur eū qui scd̄m
dū spiritū: ita et nūc. Sed
quid dicit scriptura? Eice an
cillā et filiū eius. Nō enī he
res erit filius ancille: cū fili
o libere. Itaq; frēs: nō sum⁹
ancille filij. sed libere. Qua
libtate: xp̄c nos liberauit.

Stare Caplm̄ v
et nolite iterū iu
go seruitutis cōti
neri. Ecce ego paulus dico
vobis: qm̄ si circūcidamini
xp̄c vobis nichil pderit. Testi
ficor aūt rursū oī homī circūci
denti se: qm̄ debitor est vniu
se legis faciende. Euacuati
estis a xp̄o. Qui in lege ius
tificamini: a gratia excidistis.
Nos enī spiritu ex fide spem
iusticie expectamus. Nā in
xp̄o ihū neq; circūcisio aliq̄d
valet neq; p̄putiū: sed fides
que per caritatē operat'. Cur
rebatis bene. Quis vos fas
cinauit veritati nō obedire?
Nemī cōsenseritis. Psuasio
nō est ex eo qui vocauit vos.
Modicū fermentū totam
massā corrūpit. Ego cōfido
de vobis in dn̄o: qđ nichil
aliud sapietis. Qui aūt cō
turbat vos: portabit iudi
ciū quicūq; est ille. Ego aūt
frēs si circūcisionē adhuc p
dico: quid adhuc psecutio
nē patior? Ergo euacuatū
est scandalū crucis. Vtinā
et abscidant': qui vos cōtur
bant. Vos enī in libertatē
vocati estis frēs: tantū ne
libertatē in occasionē detis
carnis: sed per caritatē ser
uite inuicē. Omīs enī lex
in vno sermone impletur.
Diliges pximū tuū sicut
teipm̄. Qđ si inuicē morde
tis et comeditis: videte ne
ab inuicem cōsumamini. Dico

aut. Spiritu ãbulate: et de
sideria carnis nõ pficietis.
Caro enĩ cõcupiscit adũsus
spiritũ: spũs aũt adversus
carnẽ. Hec enĩ sibi inuicẽ ad
uersant: ut nõ quecũq; vul
tis illa faciatis. Qđ si spũ
ducimĩ: nõ estis sub lege.
Manifesta aũt sũt opera cã
nis: que sũt fornicatio. im
mũdicia. luxuria. ydolorũ
seruitus. ueneficia. ĩimicici
e. cõtentiones. emulatiões.
ire. rixe. dissensiones. secte.
ĩuidie. homicidia. ebrieta
tes. cõmessationes. et hijs
similia: que pdico vobis
sicut pdixi: qm qui talia
agũt regnũ dei nõ cõseque
tur. Fructus aũt spũs est:
caritas. gaudiũ. pax. paci
nimitas encia. lõganimitas. bonitas.
benignitas. mansuetudo.
fides. modestia. cõtinencia.
castitas. Adũs huiusmõi nõ
ẽ lex. Q aũt sũt xpi: carnẽ suã
crucifixerũt cũ vicijs et cõcu
piscẽtijs. Si vivim spũ: spũ
et ãbulem. Nõ efficiamĩ ia

nis glẽ cupidi: inuicẽ puocã
tes. inuicẽ ĩuidẽtes. Capl' vi
Fratres et si pocc̃upat
fuerit hõ i aliq̃ delicto:
vos q̃ spũales estis.
huiusmõi ĩstruite ĩ spũ lenitatis.
Cõsiderãs teipm ne et tu tẽpte
ris. Alter alterius onera por
tate: et sic adimplebitis le
gem xpi. Nã si quis existĩat
se aliquid esse cũ nichil sit:
ipe se seducit. Opus autẽ
suũ pbet vnusquisq;: et sic
in semetipõ tantũ gloriam
habebit. et nõ in altero. V
nusquisq; enĩ onus suũ por
tabit. Cõmunicet aũt is q̃
cathezizat verbo: ei qui se
cathezizat in omnibz bonis.
Nolite errare: deus nõ irride
tur. Que enĩ seminauerit ho
mo: hec et metet. Qm qui
seminat in carne sua: de car
ne et metet corruptionẽ. Q
aũt seminat in spiritu: de spi
ritu metet vitã eternã. Bo
nũ aũt facientes: nõ deficia
mus. Tẽpore enĩ suo mete
mus nõ deficientes. Ergo dũ

tempus habemus. operemur bonū ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volūt placere in carne: hii cogūt vos circūcidi. tantū ut crucis xpi persecutionē nō paciantur. Neque enim qui circūciduntur legē custodiūt: sed volunt vos circūcidi. ut in carne vestra glorientur. Michi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nrī ihu xpi: per quē michi mūdus crucifixus est et ego mūdo. In xpo enim ihesu. neque circūcisio aliquid valet neque preputiū: sed noua creatura. Et quicumque hanc regulā secuti fuerint: pax sup illos et misericordia et sup israel dei. De cetero nemo michi molestus sit. Ego enim stigmata dñi ihu in corpore meo porto. Gratia dñi nrī ihu xpi cū spiritu vro fratres amē. Explicit epla ad galathas. Incipit argumentū in epistolā ad ephe

Ephesii sunt asiani. Hii accepto verbo veritatis persteterūt in fide. Hos collaudat apostolus scribens eis a roma de carcere. Explicit argumentū. Incipit epistola beati pauli apli ad ephesios.

Paulus apostolus xpi ihu per voluntatē dei: sanctis omnibus qui sūt ephesi. et fidelibus in xpo ihu. Gratia vobis et pax a deo pre nrō et dño ihu xpo. Benedictus deus et pater dñi nrī ihesu xpi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in xpo: sicut elegit nos in ipo ante mūdi cōstitutionē. ut essemus sancti et immaculati in cōspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos in adoptionē filiorū per ihm xpm in ipm secundū propo

situm voluntatis sue in laudē
glorie gratie sue. in qua
gratificauit nos in dilecto
filio suo: in quo habem⁹
redemptionē p sanguinē
eius remissionē peccatorū.
sedm diuitias gratie eius
que superhabūdauit in no
bis in omni sapientia et pru
dentia: ut notū faceret no
bis sacramentū voluntatis
sue. sedm bonū placitū ei⁹
quod proposuit in eo in dis
pensatione plenitudinis tē
porū instaurare omnia in
xpo que in celis et que in t
ra sunt in ipso. In quo etiā
sorte vocati sumus predestina
ti sedm propositū eius. qui o
mnia operatur sedm cōsiliū vo
luntatis sue: ut simus in lau
dem glorie eius qui ante spe
rauimus in xpo. In quo
et vos cū audissetis verbū
veritatis euangeliū salutis
vre: in quo et credentes sig
nati estis spu promissionis
sancto. qui est pignus here
ditatis nre in redemptionē
acquisitionis in laudē glorie
ipsius. Propterea et ego audiēs
fidē vram que est in xpo ihu.
et dilectionē in omnes sanctos.
nō cesso gratias agens pro
vobis memoriā vri faciens
in orationibus meis: ut deus
dnī nri ihu xpi. pater glo
rie det vobis spiritū sapientie
et reuelationis in agnitiōe
eius. illuminatos oculos cor
dis vri: ut sciatis que sit
spes vocationis eius. que
diuitie glorie hereditatis ei⁹
in sanctis. et que sit supemi
nens magnitudo virtutis
eius in nos qui credidimus
sedm operationē potentie
virtutis eius. quā operat⁹
est in xpo suscitans illū a
mortuis. et cōstituens ad
dexterā suā in celestibus. sup
omnē principatū et potes
tatē et virtutē et dnationē.
et omne nomen quod nomi
natur nō solū in hoc secu
lo sed etiā in futuro. Et om
nia subiecit sub pedibus ei⁹:
et ipsum dedit caput sup om

ne ecclesiam que est corpus ip
sius et plenitudo eius: qui
omnia in omnibus adimpletur.
Et vos Capitulum ii.
cum essetis mortui
delictis et peccatis
vestris. in quibus aliquando am
bulastis secundum seculum mundi
huius secundum principem potes
tatis aeris huius spiritus. qui
nunc operatur in filios diffiden
cie: in quibus et nos omnes
aliquando conversati sumus
in desideriis carnis nostre. faci
entes voluntatem carnis et
cogitacionum: et eramus na
tura filii ire sicut et ceteri.
Deus autem qui dives est in
misericordia propter nimiam carita
tem suam qua dilexit nos cum
essemus mortui peccatis. convivi
ficavit nos Christo. cuius gratia
estis salvati: et conresuscita
vit et consedere fecit in celestibus
in Christo Ihesu: ut ostenderet in seculis
supervenientibus habundantes
divicias gratie sue in bonitate
super nos in Christo Ihesu. Gratia
enim salvati estis per fidem: et
hoc non ex vobis. Dei enim do
num est: non ex operibus ut ne
quis glorietur. Ipsius enim su
mus factura creati in Christo
Ihesu in operibus bonis: que
preparavit deus ut in illis am
bulemus. Propter quod memo
res estote. quod aliquando vos
gentes eratis in carne. qui di
cimini preputium. ab ea que dici
tur circumcisio in carne manu
facta: quia eratis illo tempo
re sine Christo. alienati a conver
satione Israel. et hospites tes
tamentorum, promissionis spem
non habentes. et sine deo in
hoc mundo. Nunc autem in Christo
Ihesu vos qui aliquando eratis
longe: facti estis prope in san
guine Christi. Ipse enim est pax
nostra qui fecit utraque unum:
et medium parietem macerie
solvens inimicicias in carne
sua. legem mandatorum decre
tis evacuans. ut duos con
dat in semetipso in unum no
vum hominem. faciens pacem.
ut reconciliet ambos in uno
corpore deo. per crucem interfici

inimicitias in semetipso. Et
veniens evangelizavit pacem
vobis qui longe fuistis. et
pacem hiis qui prope: quoniam per
ipsum habemus accessum am
bo in uno spiritu ad patrem.
Ergo iam non estis hospites
et advene: sed estis cives
sanctorum et domestici dei: su
perhedificati super fundamentum
apostolorum et prophetarum. ip
so summo angulari lapide
christo ihesu. In quo omnis edi
ficatio constructa crescit in
templum sanctum in domino. In quo
et vos coedificamini in ha
bitaculum dei in spiritu sancto.

Huius rei Capitulum iii.
gratia ego paulus vinc
tus christi ihesu. pro
vobis gentibus. si tamen au
distis dispensationem gratie
dei que data est michi in vo
bis: quoniam secundum revelationem
notum michi factum est sacra
mentum sicut supra scripsi
in brevi. prout potestis legen
tes intelligere prudentiam meam
in misterio christi: quod aliis ge
nerationibus non est agnitum
filiis hominum. sicuti nunc reve
latum est sanctis apostolis eius et pro
phetis in spiritu. esse gentes
coheredes et concorporales et
comparticipes promissionis eius
in christo ihesu. per evangelium
cuius factus sum minister secundum
donum gratie dei que data est
michi secundum operationem vir
tutis eius. Michi omnium sancto
rum minimo data est gratia hec
in gentibus evangelizare investi
gabiles divitias christi. et il
luminare omnes. que sit dispen
satio sacramenti absconditi
a seculis in deo. qui omnia
creavit: ut innotescat princi
pibus et potestatibus in celes
tibus per ecclesiam multifor
mis sapientie dei. secundum prefi
nitionem seculorum. quam fecit
deus in christo ihesu domino nostro: in
quo habemus fiduciam et
accessum in confidentia per fi
dem eius. Propter quod peto ne
deficiatis in tribulationibus
meis pro vobis: que est glo
ria vestra. Huius rei gratia

flecto genua mea ad patrē
dūi nri ihū xpi. ex quo omīs
paternitas in celis et in t̄ra
nominatur: ut det vobis secū
dū diuicias glorie sue virtu
te corroborari per spiritū e⁹
in interiorē hominē. habita
re xpm̄ per fidē in cordibus
v̄ris. In caritate radicati et
fundati: ut possitis cōprehē
dere cū omnibus sanctis que
sit latitudo et longitudo et
sublimitas et pfundū. Sci
re etiā supeminentē sciētie
caritatē xpi: ut impleamini
in omnē plenitudinē dei.
Ei aūt qui potens est omī
a facere suphabūdant' q̄
petimus aut intelligimus
scdm̄ virtutē que operatur
in nobis: ipi gloria in ec
clesia et in xpo ihū in om
nes generationes seculi secu
lorū amen. Capitulum iiij.

Obsecro itaq3 vos
ego vinctus in do
mino: ut digne
ambuletis vocatione qua
vocati estis. cū omī humi

litate. et mansuetudine: cū
paciencia supportātes in
vicem in caritate. Sollicitati
seruare vnitatē spūs: in vi
culo pacis. Vnū corpus et
vnus spūs: sicut vocati es
tis in vna spe vocationis
v̄re. Vnus dūs. vna fides:
vnū baptisma. Vnus deus
et pater oīm: qui sup om
nes et per omīa et in omī
bus nobis. Vnicuiq3 aūt
nr̄m data est gracia: scdm̄
mensurā donationis xpi.
Propter quod dicit. Ascendēs
in altū. captiuā duxit cap
tiuitatē: dedit dona homi
bus. Qd' aūt ascendit: qd
est nisi quia et descendit p̄
mū in inferiores partes t̄
re? Qui descendit. ipe est
et qui ascendit sup omnes
celos: ut adimpleret omīa.
Et ipe dedit quosdā quidē
apostolos. quosdā aūt p
phetas. alios vero pasto
res et doctores ad cōsumma
tionē sanctorū. in opus
ministerij in edificationē cor

poris christi: donec occurramus
omnes in unitatem fidei et ag-
nitionis filii dei in virum per-
fectum in mensuram etatis pleni-
tudinis christi: ut iam non si-
mus parvuli fluctuantes.
et circumferamur omni vento
doctrine. in nequicia homi-
num. in astucia. ad circumven-
tionem erroris. Veritatem autem
facientes in caritate: cresca-
mus in illo per omnia qui
est caput christus. Ex quo to-
tum corpus compactum et con-
nexum per omnem iuncturam
subministrationis. secundum ope-
rationem uniuscuiusque mem-
bri: augmentum corporis
facit in edificationem sui in
caritate. Hoc igitur dico et
testificor in domino: ut iam
non ambuletis sicut gentes
ambulant in vanitate sen-
sus sui. tenebris obscuratum
habentes intellectum: aliena-
ti a vita dei per ignorantiam
que est in illis. propter ceci-
tatem cordis ipsorum. Qui des-
perantes: semetipsos tradi-

derunt impudicicie in opera-
tionem immundicie omnis in
avaricia. Vos autem non ita
didicistis christum: si tamen illum
audistis et in ipso edocti es-
tis. sicut veritas est in ihesu.
Deponite vos secundum pristi-
nam conversationem veterem
hominem: qui corrumpitur secun-
dum desideria erroris. Reno-
vamini autem spiritu mentis
vestre: et induite novum homi-
nem qui secundum deum creatus est
in iusticia et sanctitate ve-
ritatis. Propter quod depo-
nentes mendacium. loquimini
veritatem unusquisque cum pro-
ximo suo: quoniam sumus invicem
membra. Irascimini: et nolite
peccare. Sol non occidat super
iracundiam vestram. Nolite
locum dare dyabolo. Qui fu-
rabatur: iam non furetur. Ma-
gis autem laboret operando
manibus suis quod bonum
est: ut habeat unde tribu-
at necessitatem patienti. Om-
nis sermo malus ex ore vestro
non procedat: sed si quis bonus

est ad edificationem fidei. ut
det gratiam audientibus. Et no
lite contristare spiritum sanctum dei:
in quo signati estis in die
redemptionis. Omnis ama
ritudo et ira et indignatio et
clamor et blasphemia tol
latur a vobis cum omni ma
licia. Estote autem invicem benig
ni misericordes: donantes in
vicem. sicut et deus in christo do
navit vobis. Capitulum v.
Estote ergo imita
tores dei sicut et
filii karissimi:
et ambulate in dilectione.
sicut et christus dilexit nos. et tra
didit semetipsum pro nobis
oblationem et hostiam deo in
odorem suavitatis. Fornicati
o autem et omnis immundicia
aut avaricia. nec nominetur
in vobis sicut decet sanctos:
aut turpitudo. aut stultiloqui
um. aut scurrilitas que ad
rem non pertinet: sed magis
graciarum actio. Hoc enim
scitote intelligentes: quod om
nis fornicator aut immun
dus. aut avarus quod est
ydolorum servitus. non habet
hereditatem in regno christi et
dei. Nemo vos seducat ina
nibus verbis. Propter hec enim
venit ira dei in filios diffi
dencie. Nolite ergo effici par
ticipes eorum. Eratis enim ali
quando tenebre: nunc autem lux
in domino. Ut filii lucis ambu
late. Fructus enim lucis est:
in omni bonitate et iusticia
et veritate. Probantes quid
sit beneplacitum deo. Et no
lite communicare operibus
infructuosis tenebrarum: ma
gis autem redarguite. Que
enim in occulto fiunt ab ipsis:
turpe est et dicere. Omnia autem
que arguuntur: a lumine ma
nifestantur. Omne enim quod
manifestatur: lumen est. Propter
quod dicit. Surge qui dor
mis. et exurge a mortuis:
et illuminabit tibi christus. Vide
te itaque fratres. quomodo caute
ambuletis: non quasi insi
pientes sed ut sapientes: re
dimentes tempus. quoniam dies

mali sunt. Propterea nolite fieri
imprudentes: sed intelligentes
que sit voluntas dei. Et noli
te inebriari vino in quo est
luxuria: sed implemini spiritu.
loquentes vobismetipsis in
psalmis. et ymnis et canticis
spiritualibus: cantantes et psal
lentes in cordibus vestris domino.
Gracias agentes semper pro
omnibus in nomine domini nostri
ihesu xpi. deo et patri. Sub
iecti invicem in timore xpi.
Mulieres viris suis subdi
te sint sicut domino: quoniam vir
caput est mulieris sicut
xpc caput est ecclesie: ipse
salvator corporis eius. Sed
sicut ecclesia subiecta est xpo:
ita et mulieres viris suis in
omnibus. Viri diligite uxo
res vestras sicut et xpc dilexit
ecclesiam. et seipsum tradidit
pro ea ut illam sanctificaret.
mundans lavacro aque in
verbo vite: ut exhiberet ip
se sibi gloriosam ecclesiam non
habentem maculam neque ru
gam. aut aliquid huiusmo
di: sed ut sit sancta et imma
culata. Ita et viri debent di
ligere uxores suas ut corpo
ra sua. Qui suam uxorem dili
git: seipsum diligit. Nemo
enim umquam carnem suam odio
habuit: sed nutrit et fovet
eam sicut et xpc ecclesiam: quia
membra sumus corporis eius.
de carne eius et de ossibus eius.
Propter hoc relinquet homo
patrem et matrem suam. et adhe
rebit uxori sue: et erunt duo
in carne una. Sacramentum
hoc magnum est. Ego autem
dico. in xpo et in ecclesia.
Verumtamen et vos singu
li unusquisque suam uxorem.
sicut seipsum diligat. Uxor
autem timeat virum suum. vi.

Capitulum

Filii obe
dite parentibus
vestris in domino. Hoc
enim iustum est. Honora pa
trem tuum et matrem quod est
primum mandatum in promis
sione: ut bene sit tibi et
sis longevus super terram. Et
patres nolite ad iracundiam

puocare filios vr̄os: sed edu
cate illos in disciplina et in
correptione dn̄i. Servi obe
dite dn̄is carnalib; cū timo
re et tremore in simplicita
te cordis vr̄i. sicut xp̄o: nō
ad oculū servientes quasi ho
minibus placentes: sed ut ser
vi xp̄i facientes voluntatē
dei ex aīmo. cū bona volun
tate. servientes sicut dn̄o et
nō homib;. Scientes qm̄ v
nusquisq; quodcūq; fecerit
bonū. hoc percipiet a dn̄o:
sive servus sive liber. Et vos
dn̄i eadē facite illis. remittē
tes minas: scientes quia illo
rū et vester dn̄s est in celis:
et psonarū acceptio nō est
apud deū. De cetero frēs con
fortamini in dn̄o: et in poten
cia virtutis eius. Induite vos
armaturā dei: ut possitis sta
re adversus insidias dyabo
li. Quia nō est nobis colluc
tatio adversus carnē et san
guinē: sed adversus princi
pes et potestates. adversus
mundi rectores tenebrarū ha

rū. contra spiritalia nequi
cie in celestibus. Propterea ac
cipite armaturā dei: ut pos
sitis resistere in die malo et
in omnibus pfecti stare. Sta
te ergo succincti lumbos vr̄os
in veritate: et induti loricā
iusticie. et calciati pedes in
pparatione evangelii pacis.
In omnibus sumentes scutū
fidei: in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea exti
guere. Et galeā salutis as
sumite: et gladiū spūs qd
est verbū dei. Per omnē o
rationē et obsecrationē. o
rantes omni tempore in spi
ritu. et in ipso vigilantes in
omni instantia et obsecrati
one pro omnibus sanctis et
pro me: ut detur michi sermo
in apertione oris mei. cū fi
ducia notū facere misteriū
evāgelii pro quo legatione
fungor in cathena. ita ut in
ipso audeā, prout oportet me
loqui. Ut autē et vos sciatis
que circa me sunt. quid agā.
omnia nota vobis faciet

carus carissimus frater et fidelis minister in dno: quem misi ad vos in hoc ipsum. ut cognoscatis que circa nos sunt. et consoletur corda vestra. Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et dno ihu xpo. Gratia cum omnibus qui diligunt dnm nrm ihesum xpm in incorruptione amen. Explicit epla ad ephesios. Incipit argumentum in epistolam ad philippenses.

Philippenses sunt macedones. Hii accepto verbo veritatis persteterunt in fide: nec receperunt falsos aplos. Hos aplus collaudat scribens eis a roma de carcere per epafroditum. Explicit argumentum. Incipit epistola ad philippenses.

Paulus et thimotheus servi ihu xpi: omnibus sanctis in xpo ihu qui sunt philippis cum episcopis et dyaconibus. Gratia vobis et pax a deo patre nro et dno ihu xpo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis. cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestram in evangelio xpi a prima die usque nunc: confidens hoc ipsum. quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet usque in diem xpi ihu. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo qd habeam vos in corde et in vinculis meis et in defensione et confirmatione evangelii. socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam vos omnes in visceribus ihu xpi. Et hoc oro ut caritas vestra magis ac magis habundet in scientia. et in omni sensu: ut probetis potiora

ut sitis sinceres et sine offen
sa in diem xpi. repleti fruc
tu iusticie per ihesum xpm in
gloriam et laudem dei. Scire
aut vos volo fratres. quia
ea que circa me sunt. magis
ad profectum venerunt euange
lii: ita ut vincula mea
manifesta fierent in xpo.
in omni pretorio. et in ceteris
omnibus: ut plures e fra
tribus in dno confidentes
in vinculis meis. habun
dantius auderent sine timo
re verbum dei loqui. Quidam
quidem et propter invidiam et
contentionem. quidam aut et
propter bonam voluntatem
xpm predicant: quidam ex ca
ritate. scientes quoniam in defen
sionem euangelii positus
sum. Quidam aut ex contenti
one xpm annunciant non
sincere: existimantes se sus
citare pressuram vinculis me
is. Quid enim? dum omni
modo. sive per occasionem
sive per veritatem xpc annun
cietur: Et in hoc gaudeo:

sed et gaudebo. Scio enim quia
hoc michi proveniet in salu
tem per vestram orationem et
subministrationem spiritus ihesu
xpi: secundum expectationem et
spem meam. quia in nullo
confundar: sed in omni fidu
cia sicut semper et nunc mag
nificabitur xpc in corpore
meo sive per vitam sive per
mortem. Michi enim vivere
xpc est: et mori lucrum. Quod
si vivere in carne hic michi
fructus operis est: et quid
eligam ignoro. Coartor aut
e duobus: desiderium habens
dissolvi et cum xpo esse. mul
to magis melius: permanere
aut in carne necessarium est
propter vos. Et hoc confidens
scio quia manebo et per
manebo omnibus vobis
ad profectum vestrum et gaudium
fidei: ut gratulatio vestra
habundet in xpo ihesu in me.
per meum adventum iterum
ad vos. Tantum digne eu
angelio xpi conversamini:
ut sive cum venero et videro

vos. siue absens audiā de
vobis. quia statis in vno
spiritu vnanimes. collabo-
rantes fidei euangelij: et i
nullo terreamini ab aduer-
sarijs. que est illis causa
pdicionis. vobis aūt salu-
tis. Et hoc a deo: quia vo-
bis donatū est pro xpo nō
solū ut in eū credatis: sed
ut etiā pro illo patiamini.
idem certamē habentes qle
et vidistis in me. et nunc
audistis de me. Caplm ij.

Si qua ergo cōso-
latio in xpo. siqd
solatiū caritatis.
si qua societas spūs. siqua
viscera miserationis: iple-
te gaudiū meū ut idem sa-
piatis. eandē caritatē habē-
tes. vnanimes idipm sen-
cientes. Nichil per cōtentio-
nē neqȝ per inanem gloriā:
sed in hūilitate superiores
sibi inuicē arbitrantes. Nō
que sua sūt singuli cōside-
rantes: sed ea que aliorū.
Hoc enī sentite in vobis:

quod et in xpo ihu. Qui
cū in forma dei esset. nō ra-
pinā arbitratus est esse se
equalē deo: sed semetipm
exinaniuit formā serui ac-
cipiens. in similitudinē ho-
minū factus et habitu in-
uentus ut homo. Humilia-
uit semetipm factus obe-
diens usqȝ ad mortē: mor-
tem aūt crucis. Propter qd
et deus illū exaltauit et do-
nauit illi nomē quod est
sup omne nomen: ut in no-
mine ihu omne genu flectat
celestiū terrestriū et infero-
rū. Et omnis lingua cōfite-
atur: quia dūs ihus xpc
in gloria est dei patris. Ita-
qȝ carissimi mei sicut semp
obedistis nō ut in psencia
mei tantū: sed multo ma-
gis nūc in absencia mea.
cū metu et tremore vrām
salutē operamini. Deus est
enī qui operatur in vobis
et velle et pficere: pro bona
voluntate. Omnia aūt facite
sine murmurationibus et

hesitationibus: ut sitis sine
querela et simplices filij dei.
sine reprehensione. in medio
nationis praue et peruerse.
inter quos lucetis sicut lu-
minaria in mundo. verbum vite
continentes ad gloriam meam
in die xpi: quia non in vacu-
um cucurri neque in vacuum
laboraui. Sed et si immolor
supra sacrificium et obsequium
fidei vestre: gaudeo et congratu-
lor omnibus vobis. Idipsum autem
et vos gaudete: et congratu-
lamini michi. Spero autem in
domino ihesu thimotheum cito me
mittere ad vos: ut et ego
bono animo sim. cognitis
que circa vos sunt. Neminem
enim habeo tam unanimem:
qui sincera affectione pro
vobis sollicitus sit. Omnes
enim sua querunt: non que sunt
xpi ihesu. Experimentum autem
eius cognoscite: quia sicut
patri filius mecum seruiuit in
euangelio. Hunc igitur spe-
ro me mittere ad vos: mox
ut videro que circa me sunt.

Confido autem in domino: quia et
ipse veniam ad vos cito. Ne-
cessarium autem existimaui epa-
froditum fratrem et cooperato-
rem et commilitonem meum. ves-
trum autem apostolum. et ministrum
necessitatis mee mittere ad vos.
quoniam quidem omnes vos deside-
rabat et mestus erat. propterea
quod audieratis illum infirma-
tum. Nam et infirmatus est usque
ad mortem: sed deus misertus
est eius. Non solum autem eius:
verum etiam et mei: ne tristitiam
super tristitiam haberem. Festinan-
tius ergo misi illum: ut viso
eo iterum gaudeatis. et ego
sine tristitia sim. Excipite
itaque illum cum omni gaudio
in domino: et eiusmodi cum om-
ni honore habetote: quoniam
propter opus xpi usque ad mor-
tem accessit: tradens animam su-
am. ut impleret id quod ex
vobis deerat erga meum ob-
sequium. Capitulum tertium.

De cetero fratres mei.
gaudete in domino.
Eadem vobis scribere

michi quidē nō pigrū. vob
aūt necessariū. Uidete ca
nes: videte malos operari
os: videte cōcisionē. Nos e
nī sumus circūcisio qui spi
ritu deo seruim⁹: et gloria
mur in xp̄o ihū. et non in
carne fiduciā habentes: q̄
q̄m ego habeā cōfidenciā
in carne. Siquis alius vi
detur cōfidere in carne: ego
magis circūcisus octaua
die ex genere isrl' de tribu
beniamin. hebreus ex he
breis. scd'm legē phariseus.
scd'm emulationē p̄sequēs
ecclesiā dei. scd'm iusticiā
que in lege est cōuersatus
sine querela. Sed que m̄
fuerūt lucra: hec arbitrat⁹
sū ꝑpter xp̄m detrimēta. Ve
rūptamen existimo om̄ia
detrimentū esse ꝑpter emi
nentē scienciā ihū xp̄i dn̄i
mei: ꝑpt' quē oīa detrimētū
feci et arbitr' ut stercora. ut xp̄m
lucrifaciā. et inueniar ī illo nō ha
bēs meā iusticiā que ex le
ge est. sed illam que ex

fide est xp̄i. que ex deo est iusti
cia in fide. ad cognoscen
dū illū. et virtutē resurrec
tionis eius. et societatem
passionis illius. cōfigura
tū morti eius. si quo modo
occurrā ad resurrectionem
que est ex mortuis: nō q̄d
iam acceperī. aut iā p̄fect⁹
sim. Sequor aūt: si cōpre
hendā in quo et cōprehēsus
sū a xp̄o ihū. Fratres ego
me nō arbitror cōprehen
disse. Vnū aūt que quidē
retro sūt obliuiscens. ad
ea vero que sūt priora exten
dens meipsum: ad destina
tū p̄sequor ad brauiū su
p̄ne vocationis dei in xp̄o
ihū. Quicūq; ergo p̄fecti
sumus: hoc sentiamus.
Et si quid aliter sapitis:
et hoc vobis deus reuela
uit. Verūptamen ad q̄d
peruenim⁹: ut idē sapiamus.
et in eadē p̄maneamus
regula. Imitatores mei
estote fr̄es: et obseruate eos
qui ita ābulant sicut ha

bens formã nr̃am. Multi
eñ ambulant quos sepe
dicebã vobis: nunc aũt et
flens dico inimicos crucis
xpi: quorũ finis interitus. quo-
rũ deus venter est. et gloria
in cõfusione ipsorũ qui ter-
rena sapiunt. Nostra aũt cõ-
uersatio in celis est. Unde eti-
am saluatorẽ expectamus
dñm ihm xpm: qui refor-
mabit corpus humilitatis
nr̃e cõfiguratũ corpori cla-
ritatis sue. sc̃dm operatio-
nẽ qua possit etiã subicere
sibi omnia. Capitulum iiij.

Itaque fr̃es mei caris-
simi et desideratissi-
mi gaudiũ meũ
et corona mea: sic state in
dño carissimi. Euchodiam
rogo et sinthicen deprecor id
ipm sapere in dño. Etiam
rogo et te germane cõpar:
adiuua illas que mecũ la-
borauerũt in euangelio
cũ clemente et ceteris adiu-
toribus meis: quorũ nomina
sũt in libro vite. Gaudete
in dño semp: iterũ dico gau-
dete. Modestia ur̃a nota sit
omnibus hominibus: dñs ppe
est. Nichil solliciti sitis: sed
in omi oratione et obsecra-
tione cũ gratiarũ actione.
petitiones ur̃e innotescant a-
pud deũ. Et pax dei que ex-
superat omnẽ sensũ: custo-
diat corda ur̃a et intelligen-
tias ur̃as. in xpo ihu. De
cetero fr̃es quecũque sũt vera.
quecũque pudica. quecũque
iusta. quecũque sancta. que-
cũque amabilia. quecũque bo-
ne fame. si qua virtus. si qua
laus discipline: hec cogita-
te que et didicistis et accepis-
tis et audistis et vidistis in
me. Hec agite et deus pa-
cis erit vobiscum. Gauisus
sũ aũt in dño vehementer:
quoniam tandẽ aliquando refloru-
istis pro me sentire sicut et
sentiebatis. Occupati aũt
eratis. Nõ quasi ppter penu-
riã dico. Ego eñ didici in
quibus sũ sufficiens esse.
Scio et humiliari: scio et ha-

bundare. Ubique et in omnibus
institutus sum: et saciari et e-
surire et habundare et penu-
riam pati. Omnia possum in
eo qui me confortat. Verum-
tamen benefecistis commu-
nicantes tribulationi mee.
Scitis autem et vos philippen-
ses quod in principio evange-
lii quando profectus sum a mace-
donia nulla michi ecclesia
communicavit in ratione
dati et accepti nisi vos soli:
quia et thessalonicam semel
et bis in usum michi misistis.
Non quia quero datum: sed re-
quiro fructum habundantem in ra-
tione vestra. Habeo autem omnia:
et habundo. Repletus sum ac-
ceptis ab epafrodito. que
misistis in odorem suavitatis
hostiam acceptam et placentem
deo. Deus autem meus impleat
desiderium vestrum secundum divicias
suas in gloria in xpo ihesu.
Deo autem et patri nostro gloria:
in secula seculorum amen.
Salutate omnem sanctum in xpo
ihesu. Salutant vos qui me-
cum sunt fratres. Salutant vos
omnes sancti. maxime autem qui
de cesaris domo sunt. Gratia
domini nostri ihesu xpi cum spiritu vestro
amen. Explicit epistola ad phi-
lippenses. Incipit argumentum
in epistolam ad colocenses.

Colocenses et
hii sicut lao-
dicenses sunt a-
siani: et ipsi
preventi erant a pseudo apo-
stolis: nec ad hos accessit
ipse apostolus: sed et hos per e-
pistolam corrigit. Audierant
enim verbum ab archippo qui
et ministerium in eos accepit.
Ergo apostolus iam ligatus scri-
bit eis ab epheso per tyti-
cum dyaconem. Explicit ar-
gumentum. Incipit epistola beati
pauli apostoli ad colocenses.

Paulus
apostolus
xpi ihesu
per volun-
tatem dei.
et thimo-
theus frater: hiis qui sunt

colos̄sis sanctis et fidelibus
fratribꝫ in xp̄o ihu. Gracia
vobis et pax a deo p̄re nr̄o.
Gracias agimus deo et pa
tri dn̄i nr̄i ihu xp̄i semp̱ p̱
vobis orantes: audientes
fidē vr̄am in xp̄o ihu. et di
lectionē quā habetis ī sc̄
tos omēs ꝓpter spem que
reposita est vobis in celis.
quā audistis in verbo ve
ritatis euangelij. quod p̱
uenit ad vos sicut et in v
niuerso mūdo est et fructi
ficat et crescit. sicut in vo
bis ex ea qua die audistis
et cognouistis graciā dei
in veritate: sicut didicis
tis ab epafra carissimo cō
seruo nr̄o. qui est fidelis p̱
vobis minister xp̄i ihu: qui
etiā manifestauit nobis
dilectionē vr̄am in spiritu.
Ideo et nos ex qua die au
diuimꝰ nō cessamus pro
vobis orantes et postulā
tes. ut impleamini agnitiōe
voluntatis eius in omī sa
piencia et intellectu spiri
tali: ut ambuletis digne
deo. per omnia placentes. in
omī opere bono fructificā
tes. et crescentes in sciencia
dei: in omī virtute cōforta
ti. scd̄m potenciā claritatis
eius in omī paciencia et lō
ganimitate cū gaudio: gra
cias agentes deo p̄ri q̄ dign̄s
nos fecit in partē sortis scō
rū in lumine: qui eripuit
nos de potestate tenebrarū.
et trāstulit in regnū filij di
lectionis sue: in quo habe
mus redemptionē et remis
sionē peccatorū. qui ē yma
go dei inuisibilis primogenitꝰ
oīs creature: quia in ipso
condita sunt vniuersa in cel'
et in terra. visibilia et inui
sibilia: siue throni siue do
minationes siue principa
tus siue potestates. Omnia
per ipm̄ et in ipso creata
sunt: et ipe est ante omēs. et
omnia in ipso cōstant. Et
ipe est caput corporis eccle
sie: qui est principiū pri
mogenitus ex mortuis. ut

sit in omnibus ipse prima-
tum tenens: quia in ipso com-
placuit omnem plenitudinem
inhabitare. et per eum reconci-
liare omnia. in ipsum pacifi-
cans per sanguinem crucis
eius sive que in celis sive que
in terris sunt. Et vos cum esse-
tis aliquando alienati et inimi-
ci sensu in operibus malis:
nunc autem reconciliavit in cor-
pore carnis eius per mortem
exhibere vos sanctos et im-
maculatos et irreprehensibi-
les coram ipso: si tamen per-
manetis in fide fundati. et
stabiles et inmobiles a spe
evangelii quod audistis. quod
predicatum est in universa
creatura que sub celo est: cuius
factus sum ego paulus minister.
qui nunc gaudeo in passioni-
bus pro vobis. et adimpleo
ea que desunt passionum christi
in carne mea pro corpore
eius quod est ecclesia: cuius
factus sum ego minister secundum
dispensationem dei que data
est michi in vobis. ut imple-
am verbum dei. misterium quod
absconditum fuit a seculis et
generationibus: nunc autem
manifestatum est sanctis eius.
quibus voluit deus notas
facere divitias glorie sac-
ramenti huius in gentibus
quod est christus in vobis spes
glorie: quem nos annuncia-
mus corripientes omnem ho-
minem. et docentes omnem ho-
minem in omni sapientia. ut
exhibeamus omnem hominem
perfectum in christo ihesu: in quo et
laboro certando secundum opera-
tionem eius quam operatur
in me in virtute. Capitulum

Volo enim vos .ii.
scire qualem solli-
citudinem habeam
pro vobis et pro his qui
sunt laodicie. et quicumque non
viderunt faciem meam in carne:
ut consolentur corda ipsorum
instructi in caritate et in
omnes divitias plenitudinis
intellectus in agnitionem
misterii dei patris christi ihesu:
in quo sunt omnes thesauri

sapientie et scientie abscō
diti. Hoc autē dico: ut nēo
vos decipiat in sublimita
te sermonū. Nam et si cor
pore absens sū: sed spiritu
vobiscū sum gaudens et
videns ordinē vr̄m. et fir
mamentū eius que in xp̄o
est fidei vestre. Sicut ergo
accepistis xp̄m ih̄m dn̄m
nostrū: in ip̄o ambulate
radicati et superedificati in
ip̄o et cōfirmati fide. sicut
et didicistis habundantes
in illo in graciarū actio
ne. Videte ne quis vos deci
piat per philosophiā et
inanem fallaciā. sc̄dm tra
ditionē hominū. sc̄dm e
lementa mūdi et non secū
dum xp̄m: quia in ip̄o
inhabitat omīs plenitu
do divinitatis corporalit:
et estis in illo repleti qui
est caput omīs principat'
et potestatis: in quo et
circūcisi estis circūcisione
nō manufacta in expoli
atione corporis carnis. sed
in circūcisione xp̄i. cōsepul
ti ei in baptismo: in quo
et resurrexistis per fidem o
perationis dei q' suscitauit
illū a mortuis. Et vos cum
mortui essetis ī delictis et p̄
putio carnis vestre. cōuiui
ficauit cū illo donans vo
bis omīa delicta: delens
quod adversū nos erat cy
rographū decreti quod erat
contrariū nobis: et ip̄m
tulit de medio affigens il
lud cruci: expolians prin
cipatus et potestates tra
duxit confidenter. palam
triūphans illos in semet
ip̄o. Nemo ergo vos iudi
cet in cibo aut in potu.
aut in parte diei festi aut
neomenie. aut sabbato
rū: que sūt umbra futu
rorū. corpus autē xp̄i. Ne
mo vos seducat volens ī
humilitate et religione ā
gelorū que nō vidit am
bulans frustra inflatus
sensu carnis sue: et nō te
nens caput ex quo totū

corpus per nexus et coniunc
tiones subministratum et con
structum crescit in augmen
tum dei. Si mortui estis cum
xpo ab elementis huius
mundi: quid adhuc tamquam
viventes in mundo decerni
tis? Ne tetigeritis neque gus
taveritis neque contrectaveri
tis: que sunt omnia in in
teritum ipso usu secundum precep
ta et doctrinas hominum:
que sunt rationem quidem ha
bentia sapientie in super
stitione et humilitate. et
ad non parcendum corpori:
non in honore aliquo ad
saturitatem carnis. Capitulum iii.

Igitur si con
surrexistis cum xpo:
que sursum sunt que
rite. ubi xpc est in dextera
dei sedens. Que sursum sunt
sapite: non que super terram.
Mortui enim estis: et vita
vestra abscondita est cum
xpo in deo. Cum enim xpc
apparuerit vita vestra: tunc
et vos apparebitis cum ipso
in gloria. Mortificate er
go membra vestra que sunt
super terram: fornicationem
immunditiam libidinem. con
cupiscentiam malam. et ava
ritiam que est ydolorum ser
vitus. Propter que venit ira
dei super filios incredulitatis:
in quibus et vos ambu
lastis aliquando cum vive
retis in illis. Nunc autem de
ponite et vos omnia: iram
indignationem. maliciam.
blasphemiam. turpem sermo
nem de ore vestro. Nolite men
tiri invicem: expoliantes vos
veterem hominem cum actibus
suis: et induentes novum
eum qui renovatur in agni
tionem secundum ymaginem eius
qui creavit eum. Ubi non
est gentilis et iudeus. cir
cumcisio et preputium. barbarus
et scita. servus et liber: sed
omnia et in omnibus xpc. In
duite vos ergo sicut electi
dei sancti et dilecti viscera
misericordie. benignitatem. hu
militatem. modestiam. pacientiam:

supportantes invicē et donā-
tes vobis metipsis. Si quis
adversus aliquē habet que-
relā: sicut et dñs donavit vob.
ita et vos. Sup omnia autem
hec caritatē habete: quod
est vinculū pfectionis. Et
pax xpi exultet in cordib;
vris. in qua et vocati estis
in uno corpore: et grati es-
tote. Verbū xpi habitet in
vobis habūdanter. in omī
sapientia docentes et cōmo-
nentes vosmetipsos: in psal-
mis et ymnis et canticis spi-
ritualib; in gracia cantātes
in cordib; vris deo. Omne
quodcūq; facitis in verbo
aut in opere: omnia in no-
mine dñi ihu xpi facite. gra-
cias agentes deo et patri per
ipm. Mulieres subdite esto-
te viris: sicut oportet in do-
mino. Viri diligite uxores:
et nolite amari esse ad illas.
Filii obedite parentib; per
omnia. Hoc enim placitū est
in dño. Patres nolite ad i-
dignationē provocare filios
vros: ut nō pusillo animo
fiant. Servi obedite per ō-
nia dñis carnalib;: nō ad
oculū servientes quasi hoī-
nibus placentes: sed in sim-
plicitate cordis timentes do-
minū. Quodcūq; facitis ex
animo operamini sicut dño et
nō hominibus: scientes qđ a
dño accipietis retributionē
hereditatis. Dño xpo servi-
te. Qui enim iniuriā facit: re-
cipiet id quod inique gessit.
Et nō est psonarū acceptio
apud deū. Capitulū iiii

Domini quod ius-
tū est et equū ser-
vis pstate: scientes
quia et vos dñm habetis in
celo. Orationi instate: vigi-
lantes in ea in graciarū ac-
tione. Orantes simul et pro
nobis: ut deus aperiat no-
bis ostiū sermonis ad loquē-
dū misteriū xpi: pter qđ
etiā vinctus sū. ut manifes-
tem illud. ita ut oportet
me loqui. In sapientia am-
bulate ad eos qui foris sunt:

tempus redimentes. Ser
mo vester semper in graci
a sale sit conditus: ut sci
atis quomodo oporteat
vos unicuique respondere.
Que circa me sunt omnia
vobis nota faciet ticicus
carissimus frater et fidelis
minister et conservus in
dño: quem misi ad vos
ad hoc ipsum ut cognoscat
que circa vos sunt. et con
soletur corda vestra cū one
simo carissimo et fideli frē
q̄ ē ex vob: q̄ oīa q̄ hic agū
t nota faciet vob. Salutat
vos aristarc' cōcaptiu' me
us: et marcus consobrin'
barnabe. de quo accepistis
mandata: si venerit ad vos.
excipite illū: et ihesus qui di
citur iustus. qui sunt ex cir
cūcisione. Hii soli sūt ad
iutores mei in regno dei:
qui michi fuerunt solaci
o. Salutat vos epafras
qui ex vobis est servus
xpī ihū: semꝑ sollicitus
pro vobis in orationib9.
ut stetis perfecti et pleni
in omni voluntate dei.
Testimonium enim illi
perhibeo qđ habet mul
tum laborem pro vobis
et pro hiis qui sunt lao
dicie et qui ierapoli. Sa
lutat vos lucas medicus
carissimus: et demas. Sa
lutate fratres qui sunt la
odicie: et nimpham. et
que in domo eius est eccle
siam. Et cum lecta fuerit
apud vos epistola: facite
ut et in laodicensium ec
clesia legatur. et ea que
laodicensium est vobis
legatur. Et dicite archippo.
Vide ministerium quod
accepisti in domino: ut
illud impleas. Salutaci
o mea manu pauli. Me
mores estote vinculorum
meorum. Gratia domini
ihesu vobiscum amen.
Explicit epistola ad colen
senses.

Incipit argumentū in epis
tolā ad tessalonicēses p̄imā

Thessalonicen
ses sūt macedo
nes. Hij accep
to verbo verita
tis p̄stiterūt in fide: etiā in
p̄secutione ciuiū suorū. Pre
terea nec receperūt falsos a
postolos nec ea que a falsis
apostolis dicebantur. Hos
apostolus collaudat scribēs
eis ab atheneis: per titicū et
onesimū. Explicit argumē
tum. Incipit epistola ad
tessalonicenses prima.

Paulus
et silua
nus et
thimo
theus:
ecclesie
thessalonicensiū. in deo pa
tre et dn̄o ih̄u xp̄o. Gratia
vobis et pax. Gratias agi
mus deo semp̄ pro omnibꝫ
vobis. memoriā vr̄i facien
tes in orationibꝫ nr̄is sine
intermissione: memores ope
ris fidei vr̄e et laboris et cari
tatis et sustinentie spei dn̄i
nr̄i ih̄u xp̄i. ante deū et pa
trem nr̄m. Scientes fratres
dilecti a deo electionē vr̄am:
quia euangeliū nr̄m non
fuit ad vos in sermone tā
tū. sed et ī virtute et in spiri
tu sancto et in plenitudine
multa: sicut scitis quales
fuerimus in vobis p̄pt̄ vos.
Et vos imitatores nr̄i facti
estis et dn̄i excipientes verbū
in tribulatione multa cum
gaudio spiritus sancti: ita
ut facti sitis forma omnibꝫ
credentibꝫ in macedonia et in
achaia. A vobis enī diffa
matus est sermo dn̄i non
solū in macedonia et achai
a: sed in omnī loco fides vr̄a
que est ad deū p̄fecta est:
ita ut nō sit nobis necesse
quicq̄m loqui. Ipsi enī de
vobis annunciant qualem
introitū habuerimus ad
vos: et quomodo cōuersi
estis ad deū a simulacris s'
uire deo viuo et vero. et ex

pectare filiū eius de celis quē
suscitauit ex mortuis ihm:
qui eripuit nos ab ira ve
ntura. Capitulum ii.
Nam ipi scitis fra
tres introitū nrm
ad vos. quia non inanis
fuit: sed ante passi et con
tumeliis affecti sicut scitis
in philippis. fiduciā habu
imus in deo nro loqui ad
vos euangeliū dei in mul
ta sollicitudine. Exhortati
o enī nra non de errore neqȝ
de inmundicia neqȝ in dolo:
sed sicut pbati sumus a de
o ut crederetur nobis euan
geliū ita loquimur: non
quasi hominibus placentes
sed deo qui pbat corda nra.
Neqȝ enī aliquādo fuimus
in sermone adulationis
sicut scitis: neqȝ in occasio
ne auaricie. deus testis est:
neqȝ querentes ab hominibus
gloriā. neqȝ a vobis neqȝ
ab aliis. cū possemus one
ri vobis esse ut xpi aposto
li: sed facti sumus paruuli
in medio vrm. Tamqȝ si
nutrix foueat filios suos.
ita desiderantes vos cupide.
volebamus tradere vobis
non solū euangeliū dei. sed
etiā animas nostras: quo
niā carissimi nobis facti
estis. Memores enī estis la
boris nri et fatigationis:
nocte et die operantes. ne
quē vrm grauaremus. P
dicauimus in vobis euāge
liū dei. Vos testes estis et de?
quā sancte et iuste et sine q
rela vobis qui credidistis
fuimus: sicut scitis qualit
vnumquemqȝ vrm tamqȝ pa
ter filios suos deprecantes
vos et consolantes testifica
ti sumus. ut ambularetis
digne deo. qui vocauit vos
in suū regnū et gloriā. Ide
o et nos gracias agimus
deo sine intermissione: quā
cū accepissetis a nobis ver
bū auditus dei: accepistis
illud non ut verbū hominū
sed sicut est vere verbū dei.
qui operatur in vobis q

audiuistis. Vos autem imita-
tores facti estis fratres eccle-
siarum dei que sunt in iudea
in christo ihesu: quia eadem pas-
si estis et vos a contribuli-
bus vestris. sicut et ipsi a iude-
is qui et dominum occiderunt
ihesum et prophetas et nos per-
secuti sunt. et deo non placent.
et omnibus hominibus adver-
santur: prohibentes nos gen-
tibus loqui ut salve fiant:
ut impleant peccata sua sem-
per. Pervenit autem ira dei super
illos usque in finem. Nos autem
fratres desolati a vobis ad
tempus. ore. aspectu. non cor-
de. habundantius festinavi-
mus faciem vestram videre
cum multo desiderio: quoniam vo-
luimus venire ad vos. ego
quidem paulus semel et ite-
rum: sed impedivit nos sa-
thanas. Que est enim nostra
spes aut gaudium aut coro-
na glorie? Nonne vos an-
te dominum nostrum ihesum christum estis
in adventu eius? Vos enim
estis gloria nostra et gaudium.

Propter Capitulum iii
quod non sustinentes
amplius pla-
cuit nobis remanere athe-
nis solis: et misimus thi-
motheum fratrem nostrum et mi-
nistrum dei in evangelio christi
ad confirmandos vos et
exhortandos pro fide vestra:
ut nemo moveatur in tri-
bulationibus istis. Ipsi enim
scitis: quod in hoc positi su-
mus. Nam et cum apud vos
essemus predicabamus vo-
bis passuros nos tribula-
tiones: sicut et factum est et
scitis. Propterea et ego ampli-
us non sustinens. misi ad
cognoscendam fidem vestram:
ne forte temptaverit vos
is qui temptat. et inanis
fiat labor vester. Nunc autem
veniente thimotheo ad nos
a vobis et annunciante no-
bis fidem et caritatem vestram. et
quia memoriam nostri habetis
bonam semper desiderantes nos
videre. sicut et nos quoque
vos: ideo consolati sumus

fratres in vobis in omni ne-
cessitate et tribulatione nostra
per vestram fidem: quia nunc
vivimus si vos statis in domino.
Quam enim gratiarum actionem
possumus deo retribuere pro
vobis in omni gaudio quo
gaudemus propter vos ante
deum nostrum: nocte et die habun-
dantius orantes. ut videamus
faciem vestram. et compleamus
ea que desunt fidei vestre? Ipse
autem deus et pater noster et
dominus ihesus dirigat viam nos-
tram ad vos. Vos autem do-
minus multiplicet. et habun-
dare faciat caritatem in invi-
cem et in omnes: quemadmo-
dum et nos in vobis ad con-
firmanda corda vestra sine que-
rela in sanctitate ante deum
et patrem nostrum in adventu
domini nostri ihesu christi cum omnibus
sanctis eius amen. Capitulum

De cetero ergo IIII.
fratres rogamus
vos et obsecramus
in domino ihesu. ut quemadmo-
dum accepistis a nobis quo-
oporteat vos ambulare et
placere deo: sicut et ambula-
tis. ut habundetis magis. Sci-
tis enim que precepta dederim
vobis: per dominum ihesum. Hec
est enim voluntas dei sanctifi-
catio vestra: ut abstineatis
vos a fornicatione. ut sciat
unusquisque vestrum suum vas
possidere in sanctificatione
et honore: non in passione
desiderii sicut et gentes que ig-
norant deum. Et ne quis sup-
grediatur neque circumveniat in
negotio fratrem suum: quoniam vin-
dex est dominus de hiis omnibus.
sicut prediximus vobis et
testificati sumus. Non enim
vocavit nos deus in immun-
diciam: sed in sanctificationem.
Itaque qui hec spernit. non ho-
minem spernit sed deum: qui
etiam dedit spiritum suum sanctum
in vobis. De caritate autem
fraternitatis non necesse ha-
bemus scribere vobis. Ipsi
enim vos a deo didicistis: ut
diligatis invicem. Etenim fa-
citis illud in omnes fratres

in uniuersa macedonia.
Rogamus autē vos fratres
ut habundetis magis: et
operā detis ut quieti sitis. et
ut vestrum negociū agatis. et
operemini manibus vestris sicut
precepimus vobis: et ut ho
neste ambuletis ad eos qui
foris sunt. et nullius aliquid
desideretis. Nolumus autē
vos ignorare fratres de dor
mientibus: ut nō contriste
mini sicut et ceteri qui spem
non habent. Si enim credim⁹
quod ihesus mortuus est et resur
rexit: ita et deus eos qui dor
mierunt per ihesum adducet cū
eo. Hoc enim vobis dicimus
in verbo dñi: quia nos qui
viuim⁹ qui residui sumus.
in aduentu dñi non preue
niemus eos qui dormierunt.
Quoniam ipse dñs in iussu et in
voce archangeli et in tuba
dei descendet de celo: et mortui
qui in xpo sunt resurgent
primi. Deinde nos qui viui
mus qui relinquimur. simul
rapiemur cū illis in nubi
bus obuiā xpo in aera:
et sic semper cū dño erimus.
Itaque consolamini inuicē in
verbis istis. Capitulū v

De temporibus autē
et momentis fra
tres. nō indigetis
ut scribamus vobis. Ipsi
enim diligenter scitis: quia
dies dñi sicut fur in nocte
ita veniet. Cū enim dixerint
pax et securitas: tunc repen
tinus eis superueniet interit⁹
sicut dolor in utero haben
tis: et non effugient. Vos
autē fratres non estis in
tenebris: ut vos dies illa
tamquam fur comprehendat.
Omnes enim vos filii lucis
estis et filii diei. Non estis
noctis neque tenebrarum. Igi
tur nō dormiamus sicut et
ceteri: sed vigilem⁹ et sobrii
simus. Qui enim dormiunt
nocte dormiunt: et qui ebrii
sunt nocte ebrii sunt. Nos au
tem qui diei sumus: indu
ti loricā fidei et caritatis et
galeā spem salutis: quoniam nō

posuit nos deus in iram. sed
in acquisitionem salutis per
dominum nostrum ihesum christum qui
mortuus est pro nobis: ut
sive vigilemus sive dormia
mus simul cum illo vivamus.
Propter quod consolamini in
vicem: et edificate alterutrum
sicut et facitis. Rogamus
autem vos fratres ut noveri
tis eos qui laborant inter
vos et presunt vobis in do
mino. et monent vos. ut
habeatis illos habundan
cius in caritate: propter opus
illorum pacem habete cum eis.
Rogamus autem vos fratres.
corripite inquietos: conso
lamini pusillanimes. susci
pite infirmos: pacientes
estote ad omnes. Videte ne
quis malum pro malo ali
cui reddat: sed semper quod
bonum est sectamini in invicem
et in omnes. Semper gaudete:
sine intermissione orate:
in omnibus gracias agite.
Hec enim est voluntas dei in
christo ihesu: in omnibus vobis.

Spiritum nolite extinguere:
prophecias nolite spernere.
Omnia autem probate: quod
bonum est tenete. Ab omni
specie mala abstinete vos.
Ipse autem deus pacis sancti
ficet vos per omnia: ut in
teger spiritus vester et anima
et corpus sine querela in
adventu domini nostri ihesu christi
servetur. Fidelis est qui vo
cavit vos: qui eciam faciet.
Fratres orate pro nobis.
Salutate fratres omnes in
osculo sancto. Adiuro vos
per dominum: ut legatur epis
tola hec omnibus sanctis
fratribus. Gracia domini nostri
ihesu christi vobiscum amen. Ex
plicit epistola ad thessalonicen
ses prima. Incipit argumentum
in epistolam ad eosdem secundam.

Ad thessaloni
censes secundam
scribit apostolus
epistolam. et
notificat eis de temporibus
novissimis: et de adversa
rii destructione: scribens

hanc eplām ab atheniis per titicū dyaconē et onesimū acolitū. Explicit argumentū. Incipit epistola ad tessalonicenses scd̄a.



Paulus et siluanus et thimotheus: ecclesie thessalonicensiū in deo patre nr̄o et dn̄o ihū xp̄o. Gr̄a vobis et pax a deo pr̄e nr̄o et dn̄o ihū xp̄o. Gracias agere debemus deo semp pro vobis fratres. ita ut dignū est: qm̄ supcrescit fides vr̄a et habundat caritas uniuscuiusqȝ vr̄m in inuicē: ita ut et nosipi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro paciencia vr̄a et fide in omnibȝ psecucionibus vr̄is et tribulacionibȝ quas sustinetis in exemplū iusti iudicij dei: ut digni habeamini in regno dei pro quo et patimi. Si tamē iustū est apud deū retribuere tribulacionē hijs qui vos tribulant: et vobis qui tribulamini requiē nobiscū in reuelacionē dn̄i ihū de celo cū angelis virtutis eius. i flāma ignis dantis vindictā. hijs qui non nouerūt deū: et qui non obediūt euangelio dn̄i nr̄i ihū xp̄i. Qui penas dabūt in interitu eternas a facie dn̄i et a gloria virtutis eius. cū venerit glorificari in sanctis suis. et admirabilis fieri in omnibȝ qui crediderūt: quia creditū est testimoniū nr̄m super vos in die illo: in quo eciā oramus semp pro vobis ut dignet vos vocacōe sua deus nr̄. et ipleat omnē voluntatē bonitatis. et opus fidei in virtute: ut clarificet nomē dn̄i nr̄i ihū xp̄i in vobis et vos i illo scd̄m gr̄am dei nr̄i et dn̄i nr̄i ihū xp̄i.

Rogamus Capl'm ij.

autē vos fratres per aduentū dn̄i

nostri ihesu christi et nostre congrega-
tionis in ipsum: ut non ci-
to moveamini a vestro sensu.
neque terreamini. neque per spi-
ritum. neque per sermonem. neque
per epistolam tamquam per
nos missam. quasi instet
dies domini. Ne quis vos se-
ducat ullo modo. Quoniam ni-
si venerit discessio primum
et revelatus fuerit homo
peccati filius perditionis. qui
adversatur et extollitur super
omne quod dicitur deus aut
quod colitur: ita ut in tem-
plo dei sedeat. ostendens se
tamquam sit deus. Non retine-
tis quod cum adhuc essem a-
pud vos hec dicebam vobis?
Et nunc quid detineat scitis:
ut reveletur in suo tempore.
Nam misterium iam opera-
tur iniquitatis: tantum ut
qui tenet nunc teneat. donec
de medio fiat. Et tunc reve-
labitur ille iniquus: quem
dominus ihesus interficiet spiritu
oris sui. et destruet illustratio-
ne adventus sui: eum cuius est ad-
ventus secundum operationem sa-
thane in omni virtute et sig-
nis et prodigiis mendacibus.
et in omni seductione iniqui-
tatis. hiis qui pereunt: eo quod
caritatem veritatis non recepe-
runt ut salvi fierent. Ideo
mittet illis operationem erroris.
ut credant mendacio: ut iu-
dicentur omnes qui non cre-
diderunt veritati. sed consen-
serunt iniquitati. Nos autem
debemus gratias agere deo
semper pro vobis fratres di-
lecti a deo. quod elegerit nos de-
us primicias in salutem in
sanctificatione spiritus et
fide veritatis: in qua et vo-
cavit vos per evangelium
nostrum in acquisitionem glorie
domini nostri ihesu christi. Itaque fratres
state et tenete traditiones
quas didicistis: sive per ser-
monem sive per epistolam nos-
tram. Ipse autem dominus noster ihesus
christus et deus pater noster qui
dilexit nos. et dedit conso-
lationem eternam et spem bonam
in gratia: exhortetur corda

vr̃a et confirmet in omni ope
et sermone bono. Caplm iij.
De cetero fratres o
rate pro nobis. ut
sermo dei currat
et clarificetur sicut et apud
vos: et ut liberemur ab im
portunis et malis homib;.
Non enim omnium est fides. Fidelis
autẽ dñs est: qui confirma
bit vos et custodiet a malo.
Confidim⁹ autẽ fratres de
vobis in dño: quoniam quecumq;
precepim⁹ et facitis et facie
tis. Dñs autẽ dirigat corda
vr̃a: in caritate dei et paciẽ
cia xp̃i. Denunciamus autẽ
vobis fratres in nomine dñi
nr̃i ihũ xp̃i: ut subtrahatis
vos ab omni fratre ambulã
te inordinate. et nõ sedm̃ t̃
dicionẽ quã acceperunt a no
bis. Ipsi enim scitis quemadmo
dũ oporteat imitari nos.
Quoniam non inquieti fuimus
inter vos. neq; gratis panẽ
manducauim⁹ ab aliquo:
sed in labore et fatigacionẽ
nocte et die operantes. ne
quẽ vr̃m grauaremus. Non
quasi non habuerimus
potestatẽ: sed ut nosmet ip
sos formã daremus vobis
ad imitandũ nos. Nam et
cum essemus apud vos hoc
denunciabamus vobis: quoniam
si quis non vult operari
nec manducet. Audiuim⁹
enim inter vos quosdã am
bulare inquiete: nichil o
perantes. sed curiose agen
tes. Hiis autẽ qui eiusmo
di sunt denunciamus et obse
cramus in dño ihũ xp̃o:
ut cum silencio operantes.
suum panẽ manducent. Vos
autẽ fratres nolite deficere
benefacientes. Quod si quis
non obedierit verbo nr̃o
per epistolã hanc notate:
et non commisceamini cum illo
ut confundatur. Et nolite quasi
inimicum existimare: sed corri
pite ut fratrẽ. Ipse autem dñs
pacis det vobis pacẽ sempi
ternã in omni loco. Dñs cum om
nibus vobis. Salutatio me
a manu pauli: quod est

signum in omni epistola: ita
scribo. Gratia domini nostri ihesu
xpisti cum omnibus vobis a
men. Explicit epistola ad thes
salonicenses secunda. Incipit
argumentum in epistolam
ad thimotheum primam.

Thimotheum in
struit et docet
de ordinatione
episcopatus
et dyaconii et omnis ecclesias
tice discipline: scribens ab
urbe roma. Explicit argu
mentum. Incipit epistola ad
thimotheum prima.

Paulus
apostolus
xpisti ihesu
secundum im
perium
dei salua
toris nostri et xpisti ihesu spei nostre:
thimotheo dilecto filio in fi
de. Gratia misericordia et pax a
deo patre et xpisto ihesu domino nostro.
Sicut rogavi te ut remane
res ephesi cum irem in mace
doniam. ut denuntiares quibus
dam ne aliter docerent neque in
tenderent fabulis et genealo
giis interminatis: que questi
ones prestant magis quam edifi
cationem dei que est in fide. Fi
nis autem precepti est caritas
de corde puro et conscientia bo
na et fide non ficta. A quibus
quidam aberrantes conversi sunt
in vaniloquium. volentes es
se legis doctores: non intelligen
tes neque que loquuntur neque
de quibus affirmant. Scimus
autem quia bona est lex. si quis
ea legitime utatur: sciens hoc
quia iusto non est lex posi
ta. sed iniustis et non subdi
tis. impiis et peccatoribus sce
leratis. et contaminatis. pa
tricidis et matricidis homi
cidis. fornicariis. masculorum
concubitoribus. plagiariis. men
dacibus. periuris: et si quid
aliud sane doctrine adver
satur. que est secundum evan
gelium glorie beati dei. quod
creditum est michi. Gratias
ago ei qui me confortavit
xpisto ihesu domino nostro: quia fide

lem me existimauit ponens
in ministerio. qui prius fui blas
phemus et persecutor et contu
meliosus: sed misericordiã
dei cõsecutus sum. quia igno
rans feci in incredulitate. Su
perabundauit autẽ gratia
dñi nr̃i ihũ xpi. cũ fide et di
lectione que est in xpo ihesu.
Fidelis sermo et omĩ acceptio
ne dignus: quia xpc ihs ve
nit in hũc mundũ peccato
res saluos facere: quorũ pri
mus ego sum. Sed ideo mi
sericordiã consecutus sũ: ut
in me primo ostenderet xpc
ihs omnẽ patientiã. ad in
formationẽ eorũ qui creditu
ri sũt illi in vitã eternã. Re
gi autẽ seculorũ immortali.
inuisibili. soli deo: honor et
gloria in secula seculorũ a
men. Hoc preceptũ cõmendo
tibi fili thimothee. secundũ pre
cedentes in te prophetias: ut mi
lites in illis bonã militiã.
habens fidem et bonã consci
entiã. quã quidã repellẽtes
circa fidem naufragauerũt:
ex quibus est hymeneus et alex
ander: quos tradidi sathanẽ
ut discant nõ blasphemare.

Obsecro Capitulũ ij.

Obsecro igitur primo om
nium fieri obse
crationes. orationes. postu
lationẽs. gratiarũ actiones.
pro omnibus hominibus. pro
regibus et omnibus qui in
sublimitate sũt constituti:
ut quietã et tranquillã vi
tam agamus in omĩ pieta
te et castitate. Hoc enĩ bo
nũ est et acceptũ corã salua
tore nr̃o deo: qui omnẽs ho
mĩes vult saluos fieri et ad
agnitionẽ veritatis venire.
Unus enĩ deus: unus et me
diator dei et hoĩm homo
xpc ihs: qui dedit redemptio
nem semetipsum pro omnibus.
testimonium temporibus suis.
in quo positus sũ ego pre
dicator et apostolus. Verita
tem dico nõ mentior: doctor
gentiũ in fide et veritate. Uo
lo ergo viros orare in omĩ
loco: leuantes puras manus

sine ira et disceptatione. Si
militer et mulieres in habi
tu ornato: cum verecundia
et sobrietate ornantes se. non
in tortis crinibus. aut au
ro aut margaritis. vel ve
ste preciosa: sed quod decet mu
lieres promittentes pietatem
per opera bona. Mulier in
silentio discat cum omni sub
iectione. Docere autem mu
lieri non permitto. neque domina
ri in virum: sed esse in silentio.
Adam enim primus formatus
est: deinde eva. Et adam non
est seductus: mulier autem
seducta in prevaricatione fu
it. Saluabitur autem per filio
rum generationem: si permanse
rit in fide et dilectione et sancti
ficatione cum sobrietate.

Fidelis Capitulum iii.
sermo. Siquis e
piscopatum deside
rat: bonum opus desiderat.
Oportet ergo episcopum irre
prehensibilem esse: unius ux
oris virum. sobrium prudentem.
ornatum. pudicum. hospitalem.
doctorem. non vinolentum. non
percussorem. sed modestum: non
litigiosum. non cupidum. sue do
mui bene prepositum. filios ha
bentem subditos cum omni cas
titate. Siquis autem domui
sue preesse nescit: quomodo
ecclesie dei diligentiam habe
bit? Non neophitum: ne in
superbiam elatus in iudicium
incidat dyaboli. Oportet
autem illum testimonium habere
bonum ab hiis qui foris sunt:
ut non in opprobrium incidat
et laqueum dyaboli. Dyaco
nos similiter pudicos. non
bilingues. non multo vino
deditos. non turpe lucrum se
ctantes: habentes misterium
fidei in conscientia pura. Et
hii autem probentur primum: et
sic ministrent. nullum crimen
habentes. Mulieres similiter
pudicas: non detrahentes. so
brias. fideles in omnibus. Dy
acones sint unius uxoris
viri: qui filiis suis bene pre
sint et suis domibus. Qui enim
bene ministraverint: gradum

sibi bonū acquirent. et mul-
tam fiduciā in fide que est
in xpo ihū. Hec tibi scribo:
sperans me venire ad te cito.
Si autē tardavero. ut scias
quomodo oporteat te in do-
mo dei cōversari: que est eccla
dei vivi. columpna et firma-
mentū veritatis. Et mani-
feste magnū est pietatis sac-
ramentū. quod manifestatū
est in carne iustificatū est in
spiritu: apparuit angelis.
predicatū est gentibꝫ. creditū
est in mundo: assumptū est
in gloria. Capitulū iiii.
Spiritus autē mani-
feste dicit: quia in
novissimis tempo-
ribꝫ discedent quidā a fide. at-
tendentes spiritibꝫ erroris et
doctrinis demoniorū. in ypo-
crisi loquentiū mendaciū. et
cauteriatā habētes suā ꝯscie-
ciā. ꝓhibentiū nubere. absti-
nere a cibis quos deus creavit
ad percipiendū cū graciarū
actione fidelibꝫ. et hiis qui no-
verūt veritatē: quia omnis
creatura dei bona: et nichil
reiciendū. quod cū graciarū
actione percipitur. Sanctifi-
catur enim per verbū dei et
oracionē. Hec ꝓponens fra-
tribꝫ bonus eris minister xpi
ihū: enutritus verbis fidei et
bone doctrine quā assecutus
es. Ineptas autē et aniles fa-
bulas devita: exerce autē teip-
sū ad pietatē. Nā corporal' ex-
ercitacio ad modicū val' ē. Pie-
tas aūt ad oīa val' ē: ꝓmissi-
onē habēs vite q nūc ē et fu-
ture. Fidel' sermo et omni accep-
cione dignꝰ. In hoc enī laboram'
et maledicimur: quia spe-
ramus in deū vivū qui est
salvator oīm hoīm. maxīe
fideliū. Precipe hec et doce. Ne-
mo adolescenciā tuā contēp-
nat: sed exemplū esto fideliū.
in verbo. in cōversacione. in
caritate. in fide. in castitate.
Dū venio: attende lectioni
exhortacioni. doctrine. Noli
negligere graciā que in te ē:
que data est tibi per ꝓphetiā
cū imposicione manuum

presbiteri. Hec meditare. in
hys esto: ut profectus tuus
manifestus sit omnibus. At
tende tibi et doctrine: insta
in illis. Hoc enim faciens: et te
ipsum saluum facies. et eos qui
te audiunt. Seniorem ne in
crepaueris: sed obsecra ut
patrem. Iuuenes ut fratres.
anus ut matres: iuuencu
las ut sorores in omni castitate.

Viduas Capitulum v
honora que vere
vidue sunt. Si qua
autem vidua filios aut ne
potes habet: discat primum
domum suam regere. et mutuam
vicem reddere parentibus. Hoc
enim acceptum est coram deo. Que
autem vere vidua est et deso
lata. speret deum: et instet
obsecrationibus et orationi
bus nocte ac die. Nam que
in delicys est viuens: mortu
a est. Et hoc precipe ut irre
prehensibiles sint. Si quis
autem suorum et maxime domes
ticorum curam non habet: fidem
negauit. et est infideli deterior.

Vidua eligatur non minus
sexaginta annorum. que fue
rit unius viri vxor. in ope
ribus bonis testimonium ha
bens: si filios educauit. si
hospicio recepit. si sanctorum
pedes lauit. si tribulationem
patientibus subministrauit: si
omne opus bonum subsecuta
est. Adolescentiores autem vi
duas deuita. Cum enim luxuri
ate fuerint. in christo nubere
volunt: habentes dampnatio
nem. quia primam fidem irritam
fecerunt. Simul autem et ocio
se discunt circuire domos: non
solum ociose. sed et verbose et
curiose. loquentes que non
oportet. Volo ergo iuniores
nubere et filios procreare. ma
tresfamilias esse: nullam occa
sionem dare aduersario male
dicti gratia. Iam enim quedam
conuerse sunt retro sathanam.
Si quis fidelis vel si qua fide
lis habet viduas. subminis
tret illis. et non grauetur
ecclesia: ut hys que vere vi
due sunt sufficiat. Qui bene

presunt presbiteri. duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim scriptura. Non infrenabis os bovi trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Adversus presbiterum accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue: ut et ceteri timorem habeant. Testor coram deo et xpo ihu et electis angelis ut hec custodias: et sine preiudicio nichil faciens in aliam partem declinando. Manus cito nemini imposueris: neque communicaveris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino utere. propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium: quorundam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt: et que aliter se habent abscondi non possunt.

Quicumque Capitulum vi.

sunt sub iugo servi dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos non contempnant. quia fratres sunt: sed magis serviant quia fideles sunt et dilecti. quia beneficij participes sunt. Hec doce et exhortare. Siquis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri ihu xpi et ei qui secundum pietatem est doctrine. superbus nichil sciens. sed languens circa questiones et pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidie. contentiones. blasphemie. suspitiones male. conflictiones hominum mente corruptorum. et qui veritate privati sunt. existimantium questum esse pietatem. Est autem questus magnus pietas cum sufficientia. Nichil enim intulimus in hunc mundum:

haut dubiu quia nec auf-
re quid possum⁹. Habētes
autē alimenta et quibȝ tega
mur: hys contenti simus.
Nam qui volūt divites fie-
ri. incidūt in temptationē
et in laqueū dyaboli. et de-
sideria multa et inutilia et
nociua: que mergūt homi-
nes in interitū et pdicionē.
Radix enī oīm malorū est
cupiditas. Quā quidā ap-
petentes errauerūt a fide: et
inseruerūt se doloribȝ multis.
Tu autē o homo dei hec fu-
ge. Sectare vero iusticiā. pi-
etatē. fidem. caritatē. pacien-
ciā. mansuetudinē. Certa
bonū certamen fidei. Appre-
hende vitā eternā: in qua
vocatus es. et confessus bo-
nam confessionē corā mul-
tis testibȝ. Precipio tibi co-
rā deo qui viuificat omīa.
et xpo ihu qui testimoniū
reddidit sub poncio pyla-
to bonā confessionē: ut ser-
ues mandatū sine macula
irreprehensibile. usqȝ in ad-
uentū dūi nrī ihu xpi: quē
suis temporibȝ ostendet bea-
tus et solus potens rex regū
et dn̄s dn̄antiū: qui solus
habet inmortalitatē. et lucē
habitat inaccessibilē: quē
nullus hoīm vidit. sed nec
videre potest: cui honor et im-
periū sempiternū amen. Di-
uitibȝ huius seculi precipe
non sublime sapere. neqȝ spe-
rare in incerto diuiciarū:
sed in deo viuo qui pstet no-
bis omīa habunde ad fruē-
dū: bene agere. divites fieri
in operibȝ bonis. facile tri-
buere. cōmunicare. thesauri-
zare sibi fundamentū bonū
in futurū. ut apphendant
verā vitā. O thimothee de-
positū custodi: deuitans
pphanas vocū nouitates
et oppositiones falsi nomīs
sciencie: quā quidā pmit-
tentes circa fidē excidērūt. Gr-
cia tecū amen. Explicit e-
pistola ad thimotheū p̄-
ma. Incipit argumentū
in eplam ad eundē secundā.

Item thimotheo scri
bit de exhortatione
martirij et omnis
regule veritatis. et
quid futurum sit temporibus
nouissimis. et de sua passio
ne: scribens ei ab urbe roma.
Explicit argumentum. Inci
pit epistola ad thimotheum secunda.

Paulus
aposto
lus xpi
ihu per
volunta
tem dei
secundum promissionem vite que
est in xpo ihu: thimotheo
carissimo filio. Gracia mi
sericordia et pax a deo pa
tre et xpo ihu dno nro. G
racias ago deo cui seruio a pro
genitoribus in conscientia pu
ra quod sine intermissione
habeam tui memoriam in ora
tionibus meis. nocte ac die.
desiderans te videre memor
lacrimarum tuarum. ut gau
dio implear recordationem
accipiens eius fidei que est
in te non ficta: que et ha
bitauit primum in auia tua
loyde. et matre tua eunice:
certus sum autem quod et in te.
Propter quam causam admoneo
te: ut resuscites graciam dei que
est in te per impositionem
manuum mearum. Non enim
dedit nobis deus spiritum timo
ris: sed virtutis et dilectio
nis et sobrietatis. Noli ita
que erubescere testimonium dni
nri neque me vinctum eius: sed
collabora euangelio secundum
virtutem dei. qui liberauit
nos et vocauit vocatione
sua sancta. non secundum opera
nra. sed secundum propositum suum
et graciam que data est nobis
in xpo ihu ante tempora se
cularia: manifestata est autem
nunc per illuminationem sal
uatoris nri ihu xpi: qui
destruxit quidem mortem. illu
minauit autem vitam et incor
ruptionem per euangelium.
in quo positus sum ego predi
cator et apostolus et ma
gister gentium: ob quam cau

ssim etiā hec patior. sed nō
confundor. Scio enī cui credi
di et certus sū: quia potēs
est depositū meū servare in
illū diem. Formā habens
sanorū verborū que a me
audisti in fide et dilectione
in xpo ihū: bonū depositū
custodi per spiritū sanctū
qui habitat in nobis. Scis
hoc qd aversi sūt a me om
nes qui in asia sūt: ex qui
bus est phigelus et hermo
genes. Det misericordiā do
minus honesyphori domui:
quia sepe me refrigeravit
et catenā meā non erubuit:
sed cū romā venisset sollici
te me quesivit et invenit.
Det illi dñs invenire mise
ricordiā a dño in illa die.
Et quāta ephesi ministravit:
tu melius nosti. Capl'm ij

Tu ergo fili mi con
fortare in gracia
que est in xpo ihe
su: et que audisti a me p
multos testes. hec cōmenda
fidelibȝ hominibȝ qui ydonei
erunt et alios docere. Labora
sicut bonus miles xpi ihū.
Nemo militans deo impli
cat se negociis secularibȝ: ut
ei placeat cui se pbavit. Nā
et qui certat in agone: non
coronatur nisi qui legitime
certaverit. Laborantē agrico
lam. oportet primū de fruc
tibȝ percipere. Intellige que
dico. Dabit enī tibi dñs in
omnibȝ intellectū. Memor esto
dñm ihm xpm resurrexisse
a mortuis. ex semine david
scd'm evangeliū meū. in quo
laboro usqȝ ad vincula quasi
si male operans: sed verbū
dei non est alligatū. Ideo ō
nia sustineo propter electos:
ut et ipsi salutē consequātur
que est in xpo ihū cū glori
a celesti. Fidelis sermo. Nam
si cōmortui sum⁹: et convi
vemus. Si sustinem⁹: et
cōregnabim⁹. Si negavē
mus: et ille negabit nos.
Si non credimus. ille fidel'
pmanet: negare seipm nō
potest. Hec cōmoneo testifi

tans coram deo. Noli verbis
contendere: nichil utile est. ni
si ad subversionem audienti
um. Sollicite cura teipsum pro
babilem exhibere deo: operari
um inconfusibilem. recte tracta
tem verbum veritatis. Propha
na autem et vaniloquia de
vita. Multum enim proficiunt ad
impietatem: et sermo eorum ut can
cer serpit. Ex quibus est ymme
neus et philetus. qui a veri
tate exciderunt dicentes. resur
rectionem iam factam: et subver
tunt quorundam fidem. Sed fir
mum fundamentum dei stat: ha
bens signaculum hoc. Cogno
vit dominus qui sunt eius: et dis
cedat ab iniquitate omnis qui
nominat nomen domini. In mag
na autem domo non solum sunt
vasa aurea et argentea: sed
et lignea et fictilia. Et quedam
quidem in honorem: quedam autem in
contumeliam. Siquis ergo
emundaverit se ab istis. erit
vas in honorem sanctificatum
et utile domino. ad omne opus
bonum paratum. Iuvenilia autem
desideria fuge. Sectare vero
iusticiam. fidem. caritatem. pacem:
cum hiis qui invocant dominum
de corde puro. Stultas autem
et sine disciplina questiones
devita: sciens quia generant
lites. Servum autem domini non
oportet litigare: sed man
suetum esse ad omnes. docibilem.
pacientem. cum modestia corripi
entem eos qui resistunt verita
ti: nequando det illis deus pe
nitentiam ad cognoscendam
veritatem. et resipiscant a dy
aboli laqueis a quo capti
tenentur ad ipsius voluntatem.

Hoc autem Capitulum iii.
scito quod in novissi
mis diebus instabunt
tempora periculosa: et erunt ho
mines seipsos amantes. cu
pidi. elati. superbi. blasphemi.
parentibus inobedientes. in
grati. scelesti. sine affectione.
sine pace. criminatores. in
continentes. immites. sine be
nignitate. proditores. pro
terui. tumidi. voluptatum a
matores magis quam dei: ha

ventes speciē quidē pietatis.
virtutē autē eius abnegā
tes. Et hos devita. Ex hys
eñ sūt qui penetrant do
mos et captivas ducunt
mulierculas oneratas pec
catis: que ducūtur varys
desiderys: semp discentes et
nūqȝ ad sciencīā veritatis
pervenientes. Quēadmodū
āt iānes et mambres resti
terūt moysi: ita et hy resi
stūt et veritati. Homines cor
rupti mente reprobi circa
fidem: sed ultra nō pficient.
Insipiencia eñ eorū mani
festa erit omīby: sicut et il
lorū fuit. Tu autē assecut'
es meā doctrinā. institutio
nē. ppositū. fidē. longanimi
tatē. dilectionē. paciencīā.
psecutiones. passiones. q̄
lia michi facta sūt antio
chie. yconio. listris: q̄les
psecutiones sustinui: et ex
omiby me eripuit dn̄s. Et
omēs qui volūt pie vivē
in xpo ihu: psecutionē pa
cientur. Mali autē hoīes

et seductores pficient in pe
ius: errantes et in errorem
mittentes. Tu vero pmane
in hys que didicisti et cre
dita sūt tibi: sciens a quo
didiceris. et quia ab infā
cia sacras litteras nosti. q̄
te possūt instruere ad salu
tem per fidē que est in xpo
ihu. Omīs scriptura divi
nitus inspirata. utilis est
ad docendū. ad arguendū.
ad corripiendū. ad erudiē
dū in iusticia: ut pfectus
sit homo dei. ad omē opus
bonum. Capitulū qrtū.

Testificor corā deo
et xpo ihu qui iu
dicaturus ē vivos
ac mortuos. et adventū
ipsius et regnū eius: predi
ca verbū. insta oportune
importune. Argue. obsec̄.
increpa: in omī paciencia.
et doctrina. Erit eñ tēpus
cū sanā doctrinā non sus
tinebūt: sed ad sua desideri
a coacervabūt sibi magis
tros prurientes auriby. Et a

veritate quidē auditū auer
tent: ad fabulas autē con
uertent. Tu vero vigila: in
omnib; labora. Opus fac
euangeliste: ministeriū tuum
imple: sobrius esto. Ego enī
iā delibor: et tēpus resolutio
nis mee instat. Bonū certa
men certaui: cursū consum
maui: fidē seruaui. In reliq
reposita est michi corona
iusticie: quā reddet michi do
minus in illa die iustus iu
dex. Non solū autē michi:
sed et hijs qui diligūt aduē
tum eius. Festina venire ad
me cito. Demas enī me dere
liquit. diligens hoc seculū:
et abijt thessalonicā. cresces
in galaciā. titus in dalma
ciā. Lucas est mecū solus.
Marcū assume: et adduc
tecū. Est enī michi utilis in
ministeriū. Titicū autē misi
ephesū. Penulā quā reliq
troade apud carpū. veniēs
affer tecū. et libros: maxiē
autē membranas. Alexan
der erarius multa mala mi

ostendit. Reddet illi dñs secū
dū opera eius. Quē et tu de
uita. Valde enī restitit verbis
nr̄is. In prima mea defensio
ne nemo michi affuit: sed
omēs me dereliquerūt. Non
illis imputetur. Dñs enī m
astitit. et confortauit me
ut per me p̄dicatio impleat:
et audiāt omēs gentes: et li
beratus sū de ore leonis. Libe
rauit me deus ab omī opere
malo: et saluū faciet in reg
nū suū celeste: cui gloria in
secula seculorū amen. Salu
ta priscā et aquilā: et hone
siphori domū. Erastus re
mansit corinthi: trofimū
autem reliqui infirmum
mileti. Festina ante hyemē
venire. Salutat te eubolus
et pudens. et linus. et clau
dia: et fratres omnes. Do
minus ihesus xp̄c cum spi
ritu tuo: gracia nobiscum
amen. Explicit epistola
ad thimotheū secūda. Inci
pit argumentū in episto
lam ad titum.

Titum commonet et instruit de constitutione presbiterii. et de spirituali conversatione. et hereticis vitandis: qui in scripturis iudaicis credunt. a nycopoli ei scribens. Explicit argumentum. Incipit epistola ad titum.

Paulus servus dei. apostolus autem ihesu christi secundum fidem electorum dei et agnitionem veritatis. que secundum pietatem est in spem vite eterne. quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia: manifestavit autem suis temporibus verbum suum in predicatione. que credita est michi secundum preceptum salvatoris nostri dei: tito dilecto filio secundum communem fidem. Gratia et pax a deo patre et christo ihesu salvatore nostro. Huius rei gratia reliqui te crete: ut ea que desunt corrigas. et constituas per civitates presbiteros. sicut ego tibi disposui. Siquis sine crimine est unius uxoris vir: filios habens fideles. non in accusatione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse. sicut dei dispensatorem: non superbum. non iracundum. non vinolentum. non percussorem. non turpis lucri cupidum: sed hospitalem benignum. sobrium. iustum. sanctum. continentem. amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana. et eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi inobedientes vaniloqui et seductores: maxime qui de circumcisione sunt. quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt. docentes que non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta: cretenses semper mendaces. male bestie. ventris

pigri. Testimoniū hoc verū
est. Quā ob causā increpa
illos dure. ut sani sint in fi
de: non intendentes iudaicis
fabulis et mandatis hoīum
aversantiū se a veritate. Oīa
munda mūdis: coinquina
tis autē et infidelibꝫ nichil
mundū: sed inquinate sunt
eorū et mens et cōsciencia.
Confitentur se nosse deū. fac
tis autē negant: cū sint ab
hominati et incredibiles et ad
omne opus bonū reprobi.
Tu autē Caplm ij.
loquere que decet
sanā doctrinā. Se
nes ut sobrij sint. pudici. pru
dentes: sani in fide in dilecti
one. in paciencia. Anus si
militer in habitu sancto:
nō criminatrices. non vino
multo servientes. bene doce
ntes. ut prudentiā doceant.
Adolescentulas. ut viros su
os ament. filios suos dili
gant: prudentes castas so
brias. domus curā habētes.
benignas. subditas viris
suis: ut non blasphemetur
verbū dei. Iuvenes similiter
hortare: ut sobrij sint. In ō
nibus teipsum prebe exēplū
bonorū operū: in doctrina.
in integritate. in gravitate.
Verbū sanū irreprehēsibile.
ut hys qui ex adverso est ve
reatur nichil habens malū
dicere de nobis. Servos do
minis suis subditos esse. in
omnibꝫ placentes. nō cont
dicentes. nō fraudantes. sed
in omnibꝫ fidē bonā ostendē
tes: ut doctrinā salvatoris
nrī dei ornent in omnibꝫ. Ap
paruit enī gracia dei et sal
vatoris nrī omnibꝫ hominibꝫ
erudiens nos: ut abnegā
tes impietatē et secularia
desideria. sobrie et iuste et pie
vivamus in hoc seculo: ex
pectantes beatā spem. et ad
ventū glorie magni dei et
salvatoris nrī ihu xpi: qui
dedit semetipm pro nobis: ut
nos redimeret ab omi iniqui
tate. et mundaret sibi ppłm
acceptabilē sectatorē bonoꝝ.

operũ. Hec loquere et exhorta
re: et argue cũ omni imperio.
Nemo te contẽpnat. Capitulum iii.
Admone illos
principibus et potes
tatibus subditos es
se: dicto obedire. ad omne
opus bonũ paratos esse.
neminẽ blasphemare. non
litigiosos esse sed modestos:
omnẽ ostendentes mãsuetu
dinẽ ad omnes homines. Era
mus enim et nos aliquãdo
insipientes increduli. errãtes
servientes desideriis et volup
tatibus variis in malicia et
invidia agentes. odibiles.
odientes invicem. Cũ autẽ be
nignitas et humanitas ap
paruit salvatoris nostri dei: nõ
ex operibus iusticie que fecim(us)
nos. sed secundum suã misericordiã
salvos nos fecit. per lava
crũ regenerationis et reno
vationis spiritus sancti. quem
effudit in nos habũde per
ihesum xpistum salvatorẽ nostrum: ut
iustificati gracia ipsius here
des simus secundum spem vite et(er)
ne. Fidelis sermo est. Et de his
volo te confirmare: ut curẽt
bonis operibus preesse. qui cre
dunt deo. Hec sũt bona et uti
lia hominibus. Stultas autẽ que
stiones et genealogias et con
tentiones et pugnas legis de
vita. Sũt enim inutiles et vane.
Hereticũ hominẽ post unam
et secundã correptionẽ devita:
sciens quia subversus est qui
eiusmodi est: et delinquit p
prio iudicio condẽpnatus. Cũ
misero ad te arthemã aut
ticicũ: festina ad me venire
nicopolim. Ibi enim statui hy
emare. Zenam legis peritũ et
apollo sollicite premitte: ut
nichil illis desit. Discãt autẽ
et nostri bonis operibus preesse
ad usus necessarios: ut non
sint infructuosi. Salutant
te qui mecũ sunt omnes. Sa
luta eos qui nos amant in
fide. Gracia dei cum omnibus
vobis amen. Explicit epistola
ad titum. Incipit argumen
tum in epistolam ad phile
monem.

Philemoni familiares litteras facit pro honesimo servo eius: scribens ei ab urbe roma de carcere. Explicit argumentum

Incipit epistola ad philemonem.

Paulus vinctus ihesu christi et thimotheus frater. philemoni dilecto et adiutori nostro et appie sorori carissime. et archippo commilitoni nostro: et ecclesie que in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis. audiens caritatem tuam et fidem quam habes in domino ihesu. et in omnes sanctos: ut communicatio fidei tue evidens fiat in agnitione omnis boni in christo ihesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in christo ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter caritatem magis obsecro. cum sis talis ut paulus senex: nunc autem et vinctus christi ihesu. Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis honesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit. nunc autem et tibi et michi utilis: quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere: ut pro te michi ministraret in vinculis evangelii. Sine consilio autem tuo nichil volui facere: ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset. sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te: ut eternum illum reciperes iam non ut servum sed pro servo carissimum fratrem. maxime michi: quanto autem magis tibi et in carne et in domino? Si ergo habes me socium: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid no-

autem tibi aut debet: hoc mihi
imputa. Ego paulus scrip
si manu mea: ego reddam.
ut non dicam tibi. quod et te ip
sum michi debes. Ita frater
ego te fruar in domino: refice
viscera mea in domino. Confi
dens de obedientia tua scrip
si tibi: sciens quia et super id
quod dico facies. Simul
autem et para michi hospici
um. Nam spero per orationes
vestras donari me vobis. Sa
lutat te epafras concaptivus
meus in christo ihesu: marcus.
aristarcus. demas. lucas. ad
iutores mei. Gratia domini nostri
ihesu christi cum spiritu vestro amen.
Explicit epistola ad philemo
nem. Incipit argumentum in
epistolam ad hebreos.
In primis dicendum
est cur apostolus pau
lus in hac episto
la scribendo. non servaverit
morem suum: ut vel vocabu
lum nominis sui vel ordinis de
scriberet dignitatem. Hec est
causa quod ad eos scribens qui
ex circumcisione crediderant quasi
gentium apostolus et non hebre
orum: sciens quoque superbiam
eorum. suamque humilitatem ipse
demonstrans: meritum officii
sui noluit anteferre. Nam
simili modo iohannes apos
tolus: propter humilitatem in
epistola sua nomen suum ea
dem ratione non pretulit. Hanc
ergo epistolam fertur apostolus
ad hebreos conscriptam. lin
gua hebraica misisse. Cuius
sensum et ordinem retinens lu
cas evangelista: post exces
sum beati apostoli pauli. gre
co sermone composuit. Expli
cit argumentum. Incipit epistola
beati pauli apostoli ad hebreos



Multifarie
am multis
que modis
olim de
us loquens
patribus
in prophetis: novissimis die
bus istis locutus est nobis in
filio quem constituit heredem
universorum. per quem fecit et

secula. Qui cum sit splendor
glorie et figura substancie
eius. portansque omnia verbo
virtutis sue. purgationem pec
catorum faciens. sedet ad dexte
ram maiestatis in excelsis:
tanto melior angelis effectus
quanto differentius pre illis
nomen hereditauit. Cui enim
dixit aliquando angelorum: fi
lius meus es tu. ego hodie
genui te? Et rursum. Ego ero
illi in patrem: et ipse erit michi
in filium. Et cum iterum introdu
cit primogenitum in orbem ter
re dicit. Et adorent eum omnes
angeli dei. Et ad angelos qui
dem dicit. Qui facit angelos
suos spiritus: et ministros su
os flammam ignis. Ad filium autem.
Thronus tuus deus in seculum
seculi: virga equitatis virga
regni tui. Dilexisti iusticiam
et odisti iniquitatem: propterea
unxit te deus deus tuus oleo
exultationis pre participibus
tuis. Et tu in principio domine
terram fundasti: et opera manuum
tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu
autem permanebis: et omnes
ut vestimentum veterascent.
Et velut amictum mutabis
eos et mutabuntur. Tu autem
idem ipse es: et anni tui non
deficient. Ad quem autem ange
lorum dixit aliquando. Sede a
dextris meis: quoadusque po
nam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum? Nonne omnes
sunt administratorii spiritus.
in ministerium missi. propter eos
qui hereditatem capient salutis?

Propterea Capitulum ii.
habundantius o
portet observare
nos ea que audiuimus: ne
forte pereffluamus. Si enim qui
per angelos dictus est sermo
factus est firmus et omnis
preuaricatio et inobediencia
accepit iustam mercedis retributio
nem: quo nos effugiemus. si tan
tam neglexerimus salutem?
Que cum inicium accepisset e
narrari per dominum ab eis qui
audierunt. in nos confirma
ta est: contestante deo signis.
et portentis et variis virtu

aliis. et spiritus sancti distri
butionibus secundum suam volun
tatem. Non enim angelis subie
cit deus orbem terre futurum:
de quo loquimur. Testatus est
autem in quodam loco quis di
cens. Quid est homo quod me
mor es eius? aut filius ho
minis quoniam visitas eum? Minui
sti eum paulo minus ab an
gelis? gloria et honore coro
nasti eum: et constituisti eum
super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedi
bus eius. In eo enim quod ei om
nia subiecit: nichil dimisit
non subiectum ei. Nunc autem
necdum videmus omnia sub
iecta ei. Eum autem qui mo
dico quam angeli minoratus
est. videmus ihesum propter pas
sionem mortis gloria et ho
nore coronatum: ut gracia
dei pro omnibus gustaret mor
tem. Decebat enim eum propter
quem omnia et per quem omnia.
qui multos filios in glori
am adduxerat: auctorem
salutis eorum per passiones
consummare. Qui enim sancti
ficat. et qui sanctificantur: ex
uno omnes. Propter quam causam
non confunditur fratres eos vocare
dicens. Nunciabo nomen tuum
fratribus meis: in medio ec
clesie laudabo te. Et iterum.
Ego ero fidens in eum. Et ite
rum. Ecce ego et pueri mei quos
michi dedit deus. Quia ergo
pueri communicaverunt car
ni et sanguini. et ipse simi
liter participavit eisdem: ut
per mortem destrueret eum qui
habebat mortis imperium.
id est dyabolum: et liberaret
eos qui timore mortis per
totam vitam obnoxii erant ser
vituti. Nusquam enim angelos
apprehendit: sed semen abra
he apprehendit. Unde debuit
per omnia fratribus similari:
ut misericors fieret. et fidelis
pontifex ad deum: ut repro
piciaret delicta populi. In
eo enim in quo passus est
ipse et temptatus: potens
est et eis qui temptantur
auxiliari. Capitulum iii.

Unde fratres sancti
vocationis celestis
participes. considerate
apostolum et pontificem confessionis
nostre ihesum: qui fidelis est ei qui
fecit illum sicut et moyses in
omni domo illius. Amplio
ris enim glorie iste pre moy
se dignus habitus est: quan
to ampliorem honorem habet
domus qui fabricavit illam.
Omnis namque domus fabrica
tur ab aliquo. Qui autem
omnia creavit: deus est. Et
moyses quidem fidelis erat in
tota domo eius tamquam fa
mulus: in testimonium eorum
que dicenda erant. Christus vero
tamquam filius in domo su
a: que domus sumus nos si
fiduciam et gloriam spei usque
ad finem firmam retineamus.
Quapropter sicut dicit spiritus
sanctus. hodie si vocem eius au
dieritis nolite obdurare cor
da vestra: sicut in exacerbati
one secundum diem temptationis
in deserto. ubi temptaverunt
me patres vestri: probaverunt
et viderunt opera mea qua
draginta annis. Propter quod
infensus fui generationi
huic: et dixi semper errant cor
de. Ipsi autem non cognoverunt
vias meas: sicut iuravi in
ira mea si introibunt in requi
em meam. Videte fratres ne
forte sit in aliquo vestrum cor
malum incredulitatis discede
di a deo vivo: sed adhorta
mini vosmetipsos per singu
los dies. donec hodie cogno
minatur: ut non obduretur
quis ex vobis fallacia peccati.
Participes enim christi effecti su
mus: si tamen initium sub
stantie eius usque ad finem fir
mum retineamus: dum dicitur
hodie si vocem eius audieritis
nolite obdurare corda vestra.
quemadmodum in illa exacer
batione. Quidam enim audien
tes exacerbaverunt: sed non
universi qui profecti sunt ab
egypto per moysen. Quibus
autem infensus est quadragi
ta annis? Nonne illis qui
peccaverunt? quorum cadave

ea prostrata sunt in deserto?
Quibus autem iurauit non in
troire in requiem ipsius: nisi
illis qui increduli fuerunt?
Et videmus quia non potu
erunt introire propter incredulita
tem. Capitulum iiii. Timea
mus ergo ne for
te relicta pollici
tatione introeundi in requi
em eius: existimetur aliquis
ex vobis deesse. Etenim et no
bis nunciatum est: quemadmo
dum et illis. Sed non profuit
illis sermo auditus. non
admixtus fidei ex hiis que
audierunt. Ingredimur enim
in requiem qui credidimus:
quemadmodum dixit. Sicut
iuraui in ira mea si intro
ibunt in requiem meam: et qui
dem operibus ab institutio
ne mundi factis. Dixit enim
quodam loco de die septimo
sic. Et requieuit deus die sep
tima ab omnibus operibus su
is. Et in isto rursum. Si in
troibunt in requiem meam. Quo
niam ergo superest quosdam in
troire in illam. et hii quibus pri
oribus annunciatum est non
introierunt propter incredulita
tem: iterum terminat diem quen
dam hodie in dauid dicen
do. post tantum temporis sic
ut supradictum est: hodie si
vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vestra. Nam
si eis ihesus requiem prestitisset:
nunquam de alia loqueretur post
hac die. Itaque relinquitur sab
batismus populo dei. Qui
enim ingressus est in requiem
eius: etiam ipse requieuit ab
operibus suis sicut a suis deus.
Festinemus ergo ingredi in il
lam requiem: ut ne in idipsum
quis incidat incredulitatis
exemplum. Viuus enim est sermo
dei et efficax. et penetrabilior
omni gladio ancipiti: et per
tingens usque ad diuisionem
anime ac spiritus. Compagum
quoque et medullarum et discre
tor cogitationum et intentio
num cordis: et non est ulla crea
tura inuisibilis in conspectu
eius. Omnia autem nuda et

aperta sunt oculis eius: ad quem
nobis sermo. Habentes ergo
pontificem magnum qui pene-
travit celos ihesum filium dei: te-
neamus confessionem. Non enim
habemus pontificem qui non
possit compati infirmitatibus
nostris: temptatum per omnia pro
similitudine absque peccato.
Adeamus ergo cum fiducia ad
thronum gracie: ut misericor-
diam consequamur. et graciam
inveniamus in auxilio oppor-
O Mnis Cap v. tuno.
namque pontifex ex ho-
minibus assumptus pro
hominibus constituitur in hiis que
sunt ad deum: ut offerat dona.
et sacrificia pro peccatis: qui
condolere possit hiis qui ig-
norant et errant: quoniam et ipse
circumdatus est infirmitate.
Et propterea debet quemadmo-
dum pro populo: ita eciam pro se
metipso offerre pro peccatis.
Nec quisquam sumit sibi ho-
norem: sed qui vocatur a deo
tamquam aaron. Sic et christus
non semetipsum clarificavit
ut pontifex fieret: sed qui lo-
cutus est ad eum filius meus
es tu ego hodie genui te.
Quemadmodum et in alio lo-
co dicit. Tu es sacerdos in eter-
num: secundum ordinem melchise-
dech. Qui in diebus carnis sue
preces supplicationesque
ad eum qui posset salvum illum
a morte facere. cum clamore
valido. et lacrimis offerens:
exauditus est pro sua reve-
rencia. Et quidem cum esset filius
dei didicit ex hiis que pas-
sus est obedienciam. et consu-
matus factus est omnibus obtem-
perantibus sibi causa salutis
eterne: appellatus est pon-
tifex a deo iuxta ordinem
melchisedech. De quo nobis
grandis sermo et interpre-
tabilis ad dicendum: quoniam in-
becilles facti estis ad audien-
dum. Etenim cum deberetis ma-
gistri esse propter tempus. rur-
sus indigetis ut vos doceamini
que sint elementa exordii
sermonum dei: et facti estis qui-
bus lacte opus sit. non so-

lido cibo. Omnis enim qui lac-
tis est particeps: expers est
sermonis iusticie. Paruulus
enim est. Perfectorum autem est so-
lidus cibus. eorum qui pro con-
suetudine exercitatos habent
sensus. ad discretionem boni
ac mali. Capitulum sextum.

Quapropter intermit-
tentes inchoati-
onis xpi sermonem:
ad perfectionem feramur. non
rursum iacientes fundamentum
penitencie ab operibus mor-
tuis: et fidei ad deum baptis-
matum doctrine: impositio-
nis quoque manuum ac resur-
rectionis mortuorum et iudi-
cii eterni. Et hoc faciemus:
si quidem permiserit deus. Im-
possibile est enim eos qui se-
mel sunt illuminati. gusta-
uerunt etiam donum celeste et
participes sunt facti spiritus
sancti: gustauerunt nichi-
lominus bonum dei verbum. vir-
tutesque seculi venturi. et pro-
lapsi sunt. renouari rursus
ad penitenciam: rursum cruci-
figentes sibimetipsis filium dei.
et ostentui habentes. Terra
enim sepe venientem super se bi-
bens ymbrem. et generans her-
bam opportunam illis a qui-
bus colitur: accipit bene-
dictionem a deo. Proferens autem
spinas ac tribulos reproba
est et maledicto proxima: cu-
ius consummatio in combus-
tionem. Confidimus autem de
vobis dilectissimi meliora
et viciniora saluti: tamen
etsi ita loquimur. Non enim
iniustus deus ut obliuiscatur
operis vestri et dilectionis quam
ostendistis in nomine ipsi-
us: qui ministrastis sanctis
et ministratis. Cupimus autem
vnumquemque vestrum eandem osten-
tare sollicitudinem ad exple-
tionem spei usque in finem: ut
non segnes efficiamini: verum
imitatores eorum qui fide et
paciencia hereditabunt pro-
missiones. Abrahe namque pro-
mittens deus: quoniam neminem
habuit per quem iuraret ma-
iorem. iurauit per semetipsum

dicens. Nisi benedicens bene
dicam te: et multiplicans mul
tiplicabo te. Et sic longani
miter ferens: adeptus est re
promissionem. Homines enim per
maiorem sui iurant: et omnis
controversie eorum finis ad con
firmationem est iuramentum.
In quo habundantius volens
deus ostendere pollicitationis
heredibus immobilitatem consilii
sui. interposuit iusiurandum:
ut per duas res immobiles quibus
impossibile est mentiri
deum. fortissimum solacium ha
beamus qui confugimus ad
tenendam propositam spem. quam
sicut anchoram habemus ani
me tutam ac firmam. et incedentem
usque ad interiora vela
minis: ubi precursor pro nobis intro
iuit ihesus secundum ordinem mel
chisedech pontifex factus in
eternum. Capitulum septimum

Hic enim melchisedech
rex salem sacerdos
dei summi. qui obui
auit abrahe regresso a cede re
gum et benedixit ei: cui et decimas
omnium divisit abraham. Primum
quidem qui interpretatur rex iusti
cie: deinde autem rex salem. quod
est rex pacis: sine patre sine
matre sine genealogia. neque
inicium dierum neque finem vite
habens: assimilatus autem
filio dei manet sacerdos in
perpetuum. Intuemini autem quan
tus sit hic: cui et decimas
dedit de precipuis abraham pa
triarcha. Et quidem de filiis le
ui sacerdotium accipientes man
datum habent decimas sumere
a populo secundum legem. id est
a fratribus suis: quamquam et ipsi
exierint de lumbis abrahe.
Cuius autem generatio non
adnumeratur in eis. decimas
sumpsit ab abraham: et hunc
qui habebat repromissio
nes benedixit. Sine ulla autem
contradictione quod minus
est a meliore benedicitur. Et
hic quidem decimas morientes
homines accipiunt: ibi autem contes
tatur quia vivit. Et ut ita
dictum sit: per abraham et le
ui qui decimas accepit. deci

imatus est. Adhuc eñ in lu
bis pris erat: qñdo obviau
ei melchisedech. Si ergo cō
summatio per sacerdotiū le
uiticū erat. ppl's eñ sub
ipo legē accepit: quid ad
huc necessariū fuit sc̄dm or
dinē melchisedech aliū sur
gere sacerdotē. et non sc̄dm
ordinē aaron dici? Tr̄sla
to eñ sacerdotio: necesse est
ut et legis tr̄slatio fiat. In
quo eñ hec dicuntur de alia
tribu est: de qua nullus al
tario presto fuit. Manifes
tū est eñ qđ ex iuda ortus
sit dñs noster: in qua tribu
nichil de sacerdotib; moyses
locutus est. Et amplius ad
huc manifestū est: si sc̄dm
similitudinē melchisedech
exurget alius sacerdos. qui
non sc̄dm legē mandati car
nalis factus est. sed sc̄dm
virtutē vite insolubilis. Co
testatur eñ: qm tu es sacerdos
ineternū sc̄dm ordinē mel
chisedech. Reprobatio quidē
fit precedentis mandati: ppt

infirmitatē eius et inutilita
tem. Nichil eñ ad pfectū
adduxit lex. Introductio ve
ro melioris spei per quā pxi
mamus ad deū. Et quantū
est non sine iureiurando alij
quidē sine iureiurando sacer
dotes facti sūt. hic autē cum
iureiurando per eū qui dix
it ad illū. iuravit dñs et
non penitebit eū. tu es sac
dos ineternū: in tantū meli
oris testamenti sponsor fac
tus est ih̄s. Et alij quidē plu
res facti sūt sacerdotes: idcir
co qđ morte p̄hiberent per
manere. Hic autē eo qđ ma
neat ineternū: sempiternū
habet sacerdotiū. Unde et sal
vare imppetuū potest: acce
dens per semetipm ad deum
semp vivens ad interpellā
dū pro nobis. Talis eñ de
cebat ut nobis esset ponti
fex sanctus. innocens. impol
lutus. segregatus a peccato
ribus. et excelsior celis factus:
qui non habet necessitatē
cotidie quemadmodū sacer

dotes prius pro suis delictis
hostias offerre. deinde pro
populi. Hoc enim fecit semel se of
ferendo. Lex enim homines con
stituit sacerdotes: infirmita
tem habentes. Sermo autem
iurisiurandi qui post legem
est: filium in eternum perfectum.

Capitulum. Capl' viii.

Capitulum autem super ea que
dicuntur. talem ha
bemus pontificem qui conse
dit in dextera sedis magni
tudinis in celis: sanctorum
minister et tabernaculi ve
ri quod fixit dñs et nō ho
mo. Omnis enim pontifex ad
offerenda munera et hostias
cōstituitur. Unde necesse est
et hunc habere aliquid qd
offerat. Si ergo esset super ter
ram. nec esset sacerdos cum
essent qui offerrent secundum le
gem munera. qui exemplari
et umbre deseruiunt celestium:
sicut responsum est moysi
cum consummaret tabernacu
lum. Vide inquit omnia fa
cito secundum exemplar quod
tibi ostensum est in monte.
Nunc autem melius sortitus est
ministerium: quanto et melioris
testamenti mediator est. qd
in melioribus repromissionibus
sancitum est. Nam si illud
prius culpa vacasset: nō
utique secundi locus inqui
reretur. Vituperans enim eos
dicit. Ecce dies veniunt dicit
dñs: et consummabo super
domum isrl'. et super domum iu
da testamentum novum: non
secundum testamentum quod feci
patribus eorum in die qua ap
prehendi manum illorum. ut
educerem illos de terra egipti.
Quia ipsi non permanserunt
in testamento meo: et ego
neglexi eos dicit dñs. Quia
hoc testamentum quod dis
ponam domui isrl' post dies
illos dicit dñs: dando leges
meas in mentem eorum et in
corda eorum superscribam eas:
et ero eis in deum. et ipsi erunt
michi in populum. Et nō do
cebit unusquisque proximum su
um. et unusquisque fratrem suum

dicens cognosce dominum: quia
omnes scient me a minore us-
que ad maiorem eorum: quia propi-
cius ero iniquitatibus eorum.
et peccatorum illorum iam non me-
morabor. Dicendo autem no-
vum: veteravit prius. Quod autem
antiquatur et senescit: prope in-
teritum est. Capitulum ix.

Habuit quidem et pri-
us iustificationes
culture et sanctum
seculare. Tabernaculum enim
factum est primum: in quo erant
candelabra et mensa et propo-
sitio panum: quod dicitur
sancta. Post velamentum autem
secundum tabernaculum quod
dicitur sancta sanctorum: au-
reum habens thuribulum et ar-
cham testamenti circumtectam
ex omni parte auro: in qua
urna aurea habens man-
na et virga aaron que fron-
duerat . et tabule testamenti.
Super que eam cherubin glori-
e obumbrantia propiciatorium:
de quibus non est modo dicen-
dum per singula. His vero i-
ta compositis: in priori quidem
tabernaculo semper introibant
sacerdotes. sacrificiorum officia
consummantes. In secundo
autem semel in anno solus pon-
tifex non sine sanguine quem
offert pro sua et populi ignoran-
tia: hoc significante spiritu
sancto nondum propalatam esse sanc-
torum viam. adhuc priore tab-
ernaculo habente statum. Que
parabola est temporis instan-
tis: iuxta quam munera et
hostie offeruntur: que non pos-
sunt iuxta conscientiam perfectum
facere servientem solummodo in
cibis et in potibus et variis
baptismatibus. et iusticiis
carnis usque ad tempus cor-
rectionis impositis. Christus autem
assistens pontifex futurorum
bonorum per amplius et perfec-
tius tabernaculum non ma-
nufactum. id est non huius
creationis. neque per sangui-
nem hircorum et vitulorum: sed
per proprium sanguinem introi-
vit semel in sancta. eterna
redemptione inventa. Si enim

sanguis hyrcorum et taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundavit conscientiam vestram ab operibus mortuis. ad serviendum deo viventi. Et ideo novi testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptionem earum prevaricationum que erant sub priore testamento. repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Ubi enim testamentum: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum valet: dum vivit qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a moyse universo populo: accipiens sanguinem vitulorum et hyrcorum cum aqua et lana coccinea et ysopo. ipsum quoque

librum et omnem populum aspersit dicens. Hic sanguis testamenti: quod mandavit ad vos deus. Etiam tabernaculum et omnia vasa ministerii. sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine mundantur secundum legem: et sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem celestium hiis mundari: ipsa autem celestia melioribus hostiis quam istis. Non enim in manufactis sanctis ihesus introivit exemplaria verorum. sed in ipsum celum: ut appareat nunc vultui dei pro nobis. Neque ut sepe offerat semetipsum: quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est ho

mibus semel mori. post hoc
autem iudicium: sic et xpc se
mel oblatus. ad multorum
exhaurienda peccata. secundo si
ne peccato apparebit expec
tantibus se in salutem. Cap x.

Umbram enim habens
lex bonorum futuro
rum. non ipsam ima
ginem rerum: per singulos an
nos hisdem ipsis hostiis quas
offerunt indesinenter. numquam
potest accedentes perfectos fa
cere. Alioquin cessassent offer
ri: ideo quod nullam haberent
ultra conscientiam peccati culto
res semel mundati. Sed in ip
sis commemoratio peccatorum
per singulos annos fit. Im
possibile enim est sanguine
taurorum et hyrcorum auferri
peccata. Ideo ingrediens mun
dum dicit. Hostiam et oblatio
nem noluisti: corpus autem ap
tasti michi. Holocaustoma
ta et pro peccato non tibi pla
cuerunt. Tunc dixi: ecce venio.
In capite libri scriptum est de
me: ut faciam deus voluntatem
tuam. Superius dicens quia
hostias et oblationes et ho
locaustomata et pro peccato
noluisti. nec placita sunt ti
bi que secundum legem offeruntur.
tunc dixi ecce venio ut faciam
deus voluntatem tuam: aufert
primum ut sequens statuat.
In qua voluntate sanctifica
ti sumus per oblationem corpo
ris ihesu xpi semel. Et omnis
quidem sacerdos presto est. co
tidie ministrans: et easdem sepe
offerens hostias que numquam
possunt auferre peccata. Hic autem
unam pro peccatis offerens
hostiam: in sempiternum sedet
in dextera dei: de cetero expec
tans donec ponantur inimi
ci eius scabellum pedum eius.
Una enim oblatione consum
mavit in sempiternum sanc
tificatos. Contestatur autem
nos et spiritus sanctus. Post
quam enim dixit. hoc autem testa
mentum quod testabor ad
illos post dies illos dicit
dominus. dando leges meas in cor
dibus eorum. et in mentibus

eorum superscribam eas: et peccato-
rum et iniquitatum eorum iam non
recordabor amplius. Ubi au-
tem horum remissio: iam non
oblatio pro peccato. Haben-
tes itaque fratres fiduciam in
introitu sanctorum in sangui-
ne christi. quam initiavit nobis
viam novam et viventem per ve-
lamen id est carnem suam et
sacerdotem magnum super do-
mum dei: accedamus cum vero
corde in plenitudine fidei.
aspersi corda a conscientia ma-
la. et abluti corpus aqua
munda: teneamus spei nostre
confessionem indeclinabilem.
Fidelis enim est qui repromisit.
Et consideremus invicem in pro-
vocationem caritatis et bo-
norum operum. non deserentes
collectionem nostram. sicut est
consuetudinis quibusdam: sed
consolantes et tanto magis
quanto videritis appropin-
quantem diem. Voluntarie enim
peccantibus nobis post ac-
ceptam notitiam veritatis: iam
non relinquitur pro peccatis
hostia. Terribilis autem que-
dam expectatio iudicii: et ig-
nis emulatio. que consump-
tura est adversarios. Irri-
tam quis faciens legem moy-
si: sine ulla miseratione
duobus vel tribus testibus mori-
tur. Quanto magis puta-
tis deteriora mereri supplici-
a qui filium dei conculcaverit:
et sanguinem testamenti pol-
lutum duxerit. in quo sancti-
ficatus est et spiritui gratie
contumeliam fecerit? Scimus
enim qui dixit. Michi vindic-
tam: ego retribuam. Et iterum.
Quia iudicabit dominus populum
suum. Horrendum est incidere
in manus dei viventis. Reme-
moramini autem pristinos di-
es: in quibus illuminati mag-
num certamen sustinuistis pas-
sionum. Et in altero quidem
obprobriis et tribulationi-
bus spectaculum facti: in al-
tero autem socii taliter conver-
santium effecti. Nam et vinctis
conpassi estis. et rapinam bo-
norum vestrorum cum gaudio sus-

cepistis: cognoscentes vos
habere meliorē et manen
tē substanciā. Nolite itaq;
amittere cōfidenciā vrām:
que magnā habet remu
nerationē. Paciencia enī
vobis necessaria est: ut vo
luntatē dei facientes repor
tetis pmissionē. Adhuc e
nī modicū aliquātulū: q
venturus est veniet. et nō
tardabit. Justus autē meus
ex fide vivit. Qđ si subtraxe
rit se: nō placebit aīme me
e. Nos aūt nō sum⁹ subtracti
onis filij in pditionē: sed
fidei in acq̄sitionē anime

Est aūt Capl'. xi.
fides sperandarū
substancia rerū
argumentū nō apparenci
um. In hac enī testimoni
ū consecuti sūt senes. Fide
intelligim⁹ aptata esse secu
la verbo dei: ut ex invisibi
libȝ visibilia fierent. Fide
plurimā hostiā abel q̄ ca
yn obtulit deo: per quā
testimoniū cōsecutus ē esse
iustus testimoniū phiben
te muneribȝ eius deo: et per
illā defunctus adhuc loqui
tur. Fide enoch trāslatus est
ne videret mortē: et non in
veniebatur. quia trāstulit il
lū deus. Ante trāslationem
enī testimoniū habuit pla
cuisse deo. Sine fide autem
impossibile est placere deo.
Credere enī oportet accedentē
ad deū. quia est: et inquirē
tibȝ se remunerator sit. Fide
noe responso accepto de hijs
que adhuc nō videbantur
metuens aptavit archā in
salutē domus sue. per quā
dāpnavit mundū: et iu
sticie que per fidē est. heres ē
institutus. Fide qui vocatur
abrahā obedivit in locū
exire. quē accepturus erat
in hereditatē: et exiit nesci
ens quo iret. Fide demorat⁹
est in terra repromissionis
tāq̄m in aliena: in casulis
habitando cū ysaac et ia
cob coheredibȝ repromissi
onis eiusdē. Expectabat

cũ fundamenta habentẽ ci
uitatẽ: cuius artifex et cõn
ditor deus. Fide et ipsa sara
sterilis uirtutẽ in cõceptiõe
seminis accepit etiã preter tem
pus etatis: qm fidelẽ credi
dit esse eũ qui repromiserat.
Ppter qd' et ab uno orti sunt:
et hoc emortuo. tamqm side
ra celi in multitudine. et
sicut arena que est ad orã
maris innumerabilis. Iux
ta fidẽ defuncti sũt omẽs is
ti. non acceptis repromissi
onibȝ: sed a longe eas aspi
cientes. et salutantes. et cõ
fitentes quia peregrini et
hospites sũt sup terrã. Qui
eñ hec dicũt significant se
patriã inquirere. Et si qui
dẽ illius meminissent de qua
exierũt: habebãt utiqȝ tem
pus reuertendi. Nũc autẽ
meliorẽ appetũt id est celes
tem. Ideo nõ confunditur
deus. uocari deus eorũ. Pa
rauit eñ illis ciuitatẽ. Fide
obtulit abrahã ysaac cũ
tẽptaretur. et unigenitũ of

ferebat qui susceperat repro
missiones: ad quẽ dictũ ẽ.
quia in ysaac uocabitr tibi
semẽ: arbitrans quia et a
mortuis suscitare potens ẽ
deus. Unde eũ et in parabo
lam accepit. Fide et de futuris
benedixit ysaac iacob et e
sau. Fide iacob moriens sin
gulos filiorũ ioseph bene
dixit: et adorauit fastigiũ
uirge eius. Fide ioseph mori
ens de pfectione filiorũ isrl'
memoratus est: et de ossibus
suis mandauit. Fide moyses
natus occultatus est mensi
bus tribȝ a parentibus suis.
eo qd' uidissent elegantẽ in
fantẽ: et non timuerũt re
gis edictũ. Fide moyses grã
dis factus negauit se esse
filiũ filie pharaonis: ma
gis eligens affligi cũ pplo
dei qm tẽporal' pcti habere
iocunditatẽ: maiores diui
tias estimans thesauro e
gyptiorũ impperiũ xpi. A
spiciebat eñ in remunera
tionẽ. Fide reliquit egyptũ:

non veritus animositatem
regis. Invisibilem enim tam
quam videns sustinuit. Fide ce
lebravit pascha. et sangui
nis effusionem: ne qui vas
tabat primitiva tangeret
eos. Fide transierunt mare ru
brum tamquam per aridam terram:
quod experti egyptii devorati
sunt. Fide muri iherico cor
ruerunt. circuiti dierum sep
tem. Fide raab meretrix non
periit cum incredulis: excipi
ens exploratores cum pace.
Et quid adhuc dicam? Defi
ciet enim me tempus enarrantem
de gedeon. barach. sampson.
iepte. david. samuhel. et pro
phetis: qui per fidem vicerunt
regna. operati sunt iusticiam:
adepti sunt repromissiones.
Obturaverunt ora leonum.
extinxerunt impetum ignis:
effugaverunt aciem gladii:
convaluerunt de infirmitate:
fortes facti sunt in bello. Cas
tra verterunt exterorum: acce
perunt mulieres de resurrec
tione mortuos suos. Alii
autem distenti sunt. non suscipi
entes redempcionem: ut meli
orem invenirent resurrectionem.
Alii vero ludibria et verbe
ra experti: insuper et vincula
et carceres. Lapidati sunt. sec
ti sunt. temptati sunt: in occi
sione gladii mortui sunt.
Circuierunt in melotis in pel
libus caprinis: egentes. an
gustiati. afflicti: quibus dig
nus non erat mundus. In so
litudinibus errantes: et in
montibus et in speluncis et in
cavernis terre. Et hii omnes
testimonio fidei probati. non
acceperunt repromissionem:
deo pro nobis melius ali
quid providente ne sine no
bis consumarentur. Capitulum xii.

Ideoque et nos tantam
habentes inpositam
nubem testium. depo
nentes omne pondus et circum
stans nos peccatum per pacien
ciam curramus ad propositum nobis
certamen: aspicientes in auc
torem fidei et consumatorem ihesum:
qui proposito sibi gaudio

sustinuit crucē confusione
contēpta. atq; in dextera se
dis dei sedet. Recogitate eū
eū qui talē sustinuit a pec
catoribȝ adversus semetip
sū contradictionē: ut nō
fatigemī animis vr̄is defici
entes. Nōdū enī usq; ad sā
guinē restitistis adversus
pc̄m repugnantes: et ob
liti estis cōsolationis que
vobis tanq̄ filijs loquit̄
dicens. Fili mi noli negli
gere disciplinā dn̄i: neq;
fatigēris dū ab eo arguēris.
Quē enī diligit dn̄s casti
gat: flagellat aūt omnē
filiū quē recipit. In disci
plina p̄severate: tanq̄m
filijs vobis offert se deus.
Quis enī filius quē nō cor
ripit pater? Qđ si extra dis
ciplinā estis. cuius partici
pes facti sūt omēs: ergo
adulteri et nō filij estis. De
inde patres quidē carnis
nr̄e habuim⁹ eruditores:
et reverebamur eos. Non
multō magis obtēperabi
mus patri spirituū. et vive
mus? Et illi quidē in tem
pore paucorū dierū scdm
voluntatē suā erudiebāt
nos: hic autē ad id quod
utile est in recipiendo sanc
tificationē eius. Omnis aūt
disciplina in p̄senti quidē
videtur nō esse gaudij sed
meroris: postea autē fruc
tū pacatissimū exercitatis
per eā reddet iustitie. Prop
t̄ quod remissas manus
et soluta genua erigite. et
gressus rectos facite pedibȝ
vr̄is: ut nō claudicās q̄s
erret: magis autē sanet̄.
Pacē sequimī cū omnibȝ.
et sanctimoniā sine qua nēo
videbit deū: contēplantes
ne quis desit gratie dei: ne
qua radix amaritudinis
sursū germinās impediat.
et per illā inquinent̄ multi.
Ne quis fornicator aut p
phanus ut esau: qui pp̄t
unā escā vendidit primiti
va sua. Scitote enī: qm̄ et
postea cupiens hereditare

benedictionē. reprobatus ē.
Non eñ inuenit penitētie
locū: q̄uq̄ cū lacrimis in
quisisset eā. Non eñ acces
sistis ad tractabilē et acces
sibilē ignē et turbinē et ca
liginē et procellā et tube sonū
et vocē verborū: quā qui
audierūt excusauerūt se ne
eis fieret verbū. Non enim
portabāt quod dicebatur:
et si bestia tetigerit montē
lapidabit̄. Et ita terribile
erat quod videbat̄. Moy
ses dixit. Exterritus sū et tre
mebūdus. Sed accessistis
ad syon montē et ciuitatē
dei viuentis ierlm̄ celestem.
et multorū miliū āgelorū
frequentiā. et ecclesiā primi
tiuorū qui cōscripti sūt in
celis: et iudicē om̄i deū et
spiritus iustorū pfectorū.
et testamenti noui media
torē ihm̄. et sanguinis asp
sionē melius loquentē q̄
abel. Videte ne recusetis lo
quentē. Si eñ illi nō effu
gerūt recusantes eū qui su
per terrā loquebat̄: multo
magis nos qui de celis lo
quentē nobis auertimus.
Cuius vox mouit terram
tūc: nūc autē repromittit
dicens. Adhuc semel: ego
mouebo non solū terrā sed
et celū. Qđ autē adhuc se
mel dicit. declarat mobili
um trāslationē tamq̄ fac
torū: ut maneant ea que
sūt īmobilia. Itaq; regnū
īmobile suscipiētes: habe
mus grāā per quā serui
amus placentes deo cū me
tu et reuerētia. Etenī deus
noster ignis cōsumens ē.

Caritas Cap̄ xiij.
fraternitatis ma
neat in vobis:
et hospitalitatē nolite ob
liuisci. Per hanc eñ pla
cuerūt quidā: angelis hos
pitio receptis. Mementote
vinctorū tamq̄ simul vinc
ti: et laborantiū tamq̄ et
ipi in corpore morantes.
Honorabile conubiū in
omnib; et thorus īmacula

tus. Fornicatores enim et ad
ulteros iudicabit deus. Sint
mores sine avaricia: conten-
ti presentibus. Ipse enim dixit. Non
te deseram neque derelinquam: ita
ut confidenter dicamus. Dominus
michi adiutor est: non time-
bo quid faciat michi homo.
Mementote prepositorum vestrorum:
qui vobis locuti sunt verbum
dei. Quorum intuentes exitum
conversationis: imitamini fidem.
Ihesus christus heri et hodie: ipse et
in secula. Doctrinis variis
et peregrinis: nolite abduci.
Optimum est enim gratia sta-
bilire cor: non escis que non
profuerunt ambulantibus in
eis. Habemus altare: de quo
edere non habent potestatem
qui tabernaculo deserviunt.
Quorum enim animalium infer-
tur sanguis pro peccato in sancta
sanctorum per pontificem: ho-
rum corpora cremantur extra
castra. Propter quod et ihesus ut
sanctificaret per suum sangui-
nem populum: extra portam pas-
sus est. Exeamus igitur ad
eum extra castra: improperium
eius portantes. Non enim
habemus hic manentem ci-
vitatem: sed futuram inquiri-
mus. Per ipsum ergo offera-
mus hostiam laudis semper
deo: id est fructum labiorum
confitentium nomini eius. Bene-
ficentie autem et communionis
nolite oblivisci. Talibus enim
hostiis promeretur deus. Obe-
dite prepositis vestris: et subia-
cete eis. Ipsi enim pervigilant
quasi rationem pro anima-
bus vestris reddituri: ut cum
gaudio hoc faciant et non ge-
mentes. Hoc enim non expedit
vobis. Orate pro nobis.
Confidimus enim: quia bonam
conscientiam habemus in omni-
bus bene volentes conversa-
ri. Amplius autem deprecor
vos hoc facere: quo celerius
restituar vobis. Deus autem
pacis qui eduxit de mortu-
is pastorem magnum ovium in
sanguine testamenti eterni
dominum nostrum ihesum christum. aptet
vos in omni bono. ut facia-

tis volūtatē eius: faciēs in
vobis qd placeat corā se p
ihm xpm. cui gloria in se
cula seculorū amen. Rogo
autē vos fratres: ut suffe
ratis verbū solacii. Etenī
ꝑpaucis scripsi vobis. Cog
noscite fratrē nr̄m thimo
theū dimissū: cū quo si ce
lerius venerit videbo vos.
Salutate omēs ꝑpositos
vr̄os: et omēs sanctos. Sa
lutant vos de ytalia fra
tres. Gratia cū omībꝫ amē.

Explicit ep̄la ad hebreos.
Incipit plog' in actus aplōr.

Lucas antio
censis nati
one syrus
cuius laus
in euāgelio
canitur apud antiochiā
medicine artis egregius.
et apostolorū xpi discipu
lus. postea usqꝫ ad cōfessi
onē pauli secutus aplm:
sine crimine in virginitate
ꝑmanēs deo maluit servire.
Qui octaginta et quatuor
annos etatis agens: in bi
thinia obiit plenus spiri
tu sancto. Hic spiritu sanc
to instigante in achaie p
tibus euangeliū scribens.
grecis fidelibꝫ incarnatio
nē dn̄i fideli narratione os
tendit: eūdēqꝫ ex stirpe da
uid descendisse mōstravit.
Cui non īmerito potestas
scribendi actus apostolorū
in ministerio datur: ut deo i
deū pleno et filio ꝑditionis
extincto. oratione ab apos
tolis facta sorte dn̄i electio
nis numerus cōpleretur.
Sic qꝫ paulus cōsummati
onē apostolicis actibꝫ da
ret: quē diu contra stimu
lū calcitrantē dn̄s elegisset.
Qd legentibꝫ ac requirentibꝫ
deū breui volui ostendere
sermone. q̄ꝫ plixius aliqd
fastidientibꝫ ꝑdidisse: sci
ens qd operantē agricolā
oportet de suis fructibꝫ edē.
Quē ita diuina subsecu
ta est gratia: ut non solū
corporibꝫ. sed etiā aīabꝫ

eius proficeret medicina

Explicit prologus. Incipit actus apostolorum.



Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que cepit ihesus facere et docere: usque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis. per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et conuescens precepit eis ab iherosolimis ne discederent: sed expectarent promissum patris. quam audistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant: interrogabant eum dicentes. Domine: si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: et eritis michi testes in iherusalem et in omni iudea et samaria. et usque ad ultimum terre. Et cum hec dixisset. videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis. qui et dixerunt. Viri galilei. quid statis aspicientes in celum? Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tunc reuersi sunt iherosolimam a monte qui vocatur oliueti: qui est iuxta iherusalem sabbati habens iter. Et cum introissent in cenaculum: ascenderunt ubi manebant petrus

et iohannes. iacobus et an
dreas et philippus et tho
mas. bartholomeus et ma
theus. iacobus alphei. et sy
mon zelotes. et iudas iaco
bi. Hii omnes erant perseue
rantes unanimiter in ora
tione: cum mulieribus et ma
ria matre ihesu et fratribus
eius. In diebus illis: exurgens
petrus in medio fratrum dix
it. Erat autem turba hominum
simul: fere centum viginti.
Viri fratres oportet impleri
scripturam quam predixit spiritus
sanctus per os dauid de iuda. qui
fuit dux eorum qui comprehen
derunt ihesum: qui connumera
tus erat in nobis. et sortitus
est sortem ministerii huius. Et
hic quidem possedit agrum de
mercede iniquitatis: et sus
pensus crepuit medius: et
diffusa sunt omnia viscera
eius. Et notum factum est om
nibus habitantibus ierusalem: i
ta ut appellaretur ager ille lin
gua eorum acheldemach. hoc
est ager sanguinis. Scriptum est

enim in libro psalmorum. Fiat
commoratio eorum deserta: et
non sit qui habitet in ea: et
episcopatum eius accipiat al
ter. Oportet ergo ex hiis vi
ris qui nobiscum congregati
sunt in omni tempore quo intra
uit et exiuit inter nos dominus
ihesus incipiens a baptisma
te iohannis. usque in diem qua
assumptus est a nobis: testem
resurrectionis eius nobis
cum fieri. vnum ex istis. Et sta
tuerunt duos: ioseph qui vo
cabatur barsabas qui cog
nominatus est iustus. et ma
thiam. Et orantes dixerunt. Tu
domine qui corda nosti omnium:
ostende quem elegeris ex hiis
duobus vnum accipere locum mini
sterii huius et apostolatus de quo
preuaricatus est iudas. ut abi
ret in locum suum. Et dederunt
sortes eis. Et cecidit sors super
mathiam: et annumeratus est
cum vndecim apostolis. Capitulum ii.

Et cum complerentur
dies penthecostes:
erant omnes pariter

in eodē loco. Et factus ē re
pēte de celo son⁹ tāq̃ aduenientis
sp̄us vehementis: et repleuit
totam domū ubi erant sedē
tes. Et apparuerunt illis dis
pite lingue tamq̃ ignis:
seditq; supra singulos eoꝝ.
Et repleti sūt omēs spiritu
sancto: et ceperūt loqui
varijs linguis ꝓut sp̄us
scīs dabat eloqui illis. E
rant autē in ihrlm habitā
tes iudei viri religiosi: ex o
ni natione que sub celo ē.
Facta autē hac voce. cōue
nit multitudo. et mente
cōfusa est: q̄m audiebat
unusquisq; lingua sua
illos loquētes. Stupebāt
autē omēs: et mirabant
dicentes. Nōne ecce omēs i
sti qui loquūtur galilei sūt?
Et quomodo audiuimus
unusquisq; linguā nr̄am
in qua nati sum⁹? Parthi
et medi et elamite et qui ha
bitāt mesopotamiā. iude
am et capadociā. pontū et
et asiam. frigiā et pāphi

liam. egyptū et partes libie
que est circa cyrenen. et adue
ne romani. iudei quoq; et
ꝓseliti. cretes et arabes: au
diuim⁹ eos loquētes nr̄is
linguis magnalia dei. Stu
pebant autē omēs: et mi
rabant adinuicē dicentes.
Quidnā hoc vult esse? A
lij autē irridentes dicebāt:
quia musto pleni sūt isti.
Stans autē petrus cū unde
cim eleuauit vocē suā: et
locutus est eis. Viri iudei et
qui habitatis ihrlm uniuer
si. hoc vobis notū sit: et
auribȝ percipite verba mea.
Non enī sicut vos estima
tis hij ebrij sūt. cū sit hora
diei tercia: sed hoc est quod
dictū est per ꝓphetā iohel.
Et erit in nouissimis dieb;
dicit dn̄s. effundā de spiritu
meo sup omnē carnē: et
ꝓphetabūt filij vr̄i et filie
vr̄e. Et iuuenes vr̄i visiōes
videbūt: et seniores vr̄i sōp
nia sōpniabūt. Et quidē
sup seruos meos et super

ancillas meas in diebus illis
effundam de spiritu meo: et pro
phetabunt. Et dabo prodigia
in celum sursum et signa in ter
ra deorsum: sanguinem et ignem
et vaporem fumi. Sol conuer
tetur in tenebras et luna in
sanguinem: antequam veniat
dies dñi magnus et mani
festus. Et erit omnis quicumque
inuocauerit nomen dñi: sal
uus erit. Viri israelite audite
verba hec. Ihesum nazarenum
virum approbatum a deo in vo
bis. virtutibus et prodigiis et
signis que fecit per illum deus
in medio vestri sicut vos sci
tis: hunc diffinito consilio et pre
sciencia dei traditum per manus
iniquorum. affigentes interem
mistis. Quem deus suscitauit
solutis doloribus inferni: iux
ta quod impossibile erat tene
ri illum ab eo. Dauid enim di
cit in eum. Prouidebam dñm
coram me semper: quia a dextris
est michi ne commouear. Prop
ter hoc delectatum est cor meum.
et exultauit lingua mea: in

super et caro mea requiescet
in spe. Quoniam non derelinques
animam meam in inferno: nec
dabis sanctum tuum videre cor
ruptionem. Notas michi fe
cisti vias vite: replebis me
iocunditate cum facie tua. Vi
ri fratres liceat audenter di
cere ad vos de patriarcha da
uid. quia et defunctus est et se
pultus est: et sepulchrum eius
est apud nos usque in hodier
num diem. Propheta igitur cum es
set. et sciret quia iureiuran
do iurasset illi deus de fructu
lumbi eius sedere super sedem eius:
prouidens locutus est de resur
rectione christi: quia neque dere
lictus est in inferno. neque car
ro eius vidit corruptionem.
Hunc ihesum resuscitauit deus:
cuius omnes nos testes sumus.
Dextera igitur dei exaltatus et
promissione spiritus sancti
accepta a patre: effudit hunc
quem vos videtis et auditis.
Non enim dauid ascendit in
celos. Dicit autem ipse. Dixit
dñs dño meo sede a dextris

meis: donec ponā inimicos
tuos scabellū pedū tuorū.
Certissime ergo sciat omnis
domus isrł: quia et dñm
eū et xpm deus fecit hunc
ihm quē vos crucifixistis.
His auditis cōpuncti sunt
corde: et dixerūt ad petrū et
ad reliquos apostolos.
Quid faciemus viri fratres?
Petrus vero ait ad illos.
Penitentiā inquit agite:
et baptizetur unusquisq
vestrū in nomine ihu xpi. in
remissionē peccatorū vro
rū: et accipietis donū sancti
spiritus. Vobis enī est rep
missio et filiis vris: et omi
bus qui longe sūt quoscū
q advocaverit dñs deus nr.
Aliis eciā verbis plurimis
testificatus est: et exhorta
batur eos dicens. Salua
mini a generatione ista p
va. Qui ergo receperūt ser
monē eius baptizati sūt: et
apposite sūt in illa die ani
me circiter tria milia. Erāt
autē pseuerantes in doctri
na aplorū: et cōmunicati
one fractionis panis. et o
rationibz. Fiebat autē om
ni anime timor. Multa
quoq pdigia et signa p
aplos fiebant in ihrlm: et
metus erat magnus in uni
versis. Omnes eciā qui crede
bant erāt pariter: et habe
bant omnia cōmunia. Pos
sessiones et substancias ve
debant: et dividebāt illa
omibz prout cuiq opus
erat. Cotidie quoq pdurā
tes unanimiter in templo.
et frangentes circa domos
panē sumebant cibū cum
exultatione et simplicitate
cordis: collaudantes deū et
habentes graciā ad omnē
plebē. Dñs autē augebat
qui salvi fierent cotidie in
idipm. Cap. iii.
Petrus autē et io
hānes ascendebāt
in templū: ad horā orati
onis nonā. Et quidā vir
qui erat claudus ex utero
matris sue baiulabatur:

que ponebant cotidie ad
portam templi que dicitur spe
ciosa. ut peteret elemosinam
ab introeuntibus in templum.
Is cum vidisset petrum et iohan
nem incipientes introire in
templum: rogabat ut elemo
sinam acciperet. Intuens autem
in eum petrus cum iohanne dix
it. Respice in nos. At ille
intendebat in eos: sperans
se aliquid accepturum ab eis.
Petrus autem dixit. Argentum
et aurum non est michi: quod
autem habeo hoc tibi do. In
nomine ihesu christi nazareni
surge et ambula. Et apprehen
sa manu eius dextera. alle
vavit eum: et protinus consoli
date sunt bases eius et plan
te. Et exiliens stetit et ambu
labat. Et intravit cum illis
in templum: ambulans et ex
siliens et laudans deum. Et vi
dit omnis populus eum ambu
lantem et laudantem deum. Cog
noscebant autem illum: quia
ipse erat qui ad elemosinam
sedebat ad speciosam portam
templi. Et impleti sunt stu
pore et extasi: in eo quod con
tigerat illi. Cum viderent autem
petrum et iohannem: cucurrit
omnis populus ad eos. ad por
ticum que appellatur salomonis
stupentes. Videns autem petrus:
respondit ad populum. Viri is
raelite quid miramini in hoc.
aut nos quid intuemini: quasi
nostra virtute aut pietate
fecerimus hunc ambulare. Deus
abraham et deus ysaac et deus
iacob deus patrum nostrorum glo
rificavit filium suum ihesum: quem
vos quidem tradidistis et negastis
ante faciem pylati. iudicante il
lo dimitti. Vos autem sanctum et
iustum negastis: et petistis
virum homicidam donari vobis:
auctorem vero vite interfecistis.
Quem deus suscitavit a mor
tuis. cuius nos testes sumus:
et in fide nominis eius hunc
quem videtis et nostis confir
mavit nomen eius. Et fides
que per eum est: dedit integram
sanitatem istam. in conspectu om
nium vestrum. Et nunc fratres scio

quia per ignorantiā fecistis:
sicut et principes vr̄i. Deus
autē qui p̄nūciauit per os
om̄ium ꝓphetarū pati xp̄m su
um: impleuit sic. Penite
mini igitur et cōuertimini ut dele
antur vr̄a pct̄a: ut cū vene
rint tēpora refrigerii a con
spectu dn̄i. et miserit eū q̄
p̄dicatus est vobis ihm̄
xp̄m quē oportet celū quidē
suscipere usq; in tēpora res
titutionis om̄ium. que locut⁹
est deus per os sanctor̄ suor̄
a seculo ꝓphetarū. Moyses
quidē dixit. q̄m ꝓphetā sus
citabit vobis dn̄s deus vr̄
de fratribus vr̄is: tamq̄ me ip
sū audietis. iuxta om̄ia q̄
cūq; locutus fuerit vobis. E
rit autē om̄is aīa q̄cūq;
non audierit ꝓphetā illū:
exterminabitur de plebe. Et ō
nes ꝓphete a samuhel et de
inceps qui locuti sūt: et an
nūciauerūt dies istos. Vos
autē estis filii ꝓphetarū et
testamenti quod disposuit
deus ad patres nr̄os: dicēs
ad abrahā. Et in semine tuo
benedicentur om̄es familie t
re. Vobis primū deus susci
tans filiū suum misit eū
benedicentem vobis: ut cō
uertat se unusquisq; a neq̄
cia sua. Capitulū iiii.

LOquentibus autē
illis ad ꝓplm̄: sup
uenerunt sacerdotes
et magistratus templi et
saducei dolentes qđ docerēt
ꝓplm̄. et ānūciarēt in ihm̄
resurrectionē ex mortuis. Et
iniecerūt in eos manus: et
posuerūt eos in custodiam
in crastinū. Erat autē iam
uespera. Multi autē eorū
qui audierāt verbū credide
runt: et factus ē numerus
virorū quinq; milia. Factū
est autē in crastinū: ut con
gregarentur principes eorū
et seniores et scribe in ihr̄lm̄.
et ānas princeps sacerdotū
et cayphas et iohānes et
alexander et quotquot erāt de
genere sacerdotali. Et statuē
tes eos i medio: īterrogabant.

In qua virtute aut in quo
nomine fecistis hoc vos? Tunc
petrus repletus spiritu sancto:
dixit ad eos. Principes populi
et seniores audite. Si nos
hodie diiudicamur in be
nefacto hominis infirmi. in
quo iste saluus factus est:
notum sit omnibus vobis et om
ni plebi israel. quia in nomine
ihesu christi nazareni quem vos
crucifixistis. quem deus susci
tauit a mortuis. in hoc is
te astat coram vobis sanus.
Hic est lapis qui reprobatus
est a vobis edificantibus. qui
factus est in caput anguli:
et non est in alio aliquo
salus. Nec enim aliud nomen
est sub celo datum hominibus: in quo
oporteat nos saluos fieri.
Videntes autem petri constantiam
et iohannis. comperto quod homi
nes essent sine litteris et ydi
ote amirabantur: et cognosce
bant eos quoniam cum ihesu fuerant.
Hominem quoque videntes sta
ntem cum eis qui curatus fu
erat: nichil poterant contra
dicere. Iusserunt autem eos fo
ras extra concilium secedere: et
conferebant adinuicem dicentes.
Quid faciemus hominibus istis?
Quoniamquidem notum signum factum
est per eos omnibus habitan
tibus ierusalem: manifestum est. et
non possumus negare. Sed
ne amplius diuulgetur in
populum: comminemur eis ne ul
tra loquantur in nomine hoc
ulli hominum. Et vocantes eos:
denunciauerunt ne omnino loq
uerentur. neque docerent in nomine
ihesu. Petrus vero et iohannes
respondentes: dixerunt ad eos.
Si iustum est in conspectu dei
vos potius audire quam deum:
iudicate. Non enim possumus
que vidimus et audiuimus
non loqui. At illi comminan
tes dimiserunt eos: non inue
nientes quomodo punirent eos prop
ter populum: quia omnes clarifi
cabant id quod factum erat
in eo quod acciderat. Anno
rum enim erat amplius quadra
ginta homo in quo factum e
rat signum istud sanitatis.

Dimissi autem venerunt ad
suos: et annuntiaverunt eis
quanta ad eos principes sa-
cerdotum et seniores dixissent.
Qui cum audissent: unani-
miter levaverunt vocem ad
dominum et dixerunt. Domine tu qui
fecisti celum et terram et mare
et omnia que in eis sunt qui
spiritu sancto per os patris
nostri david pueri tui dixisti.
quare fremuerunt gentes et
populi meditati sunt inania:
astiterunt reges terre. et prin-
cipes convenerunt in unum ad-
versus dominum et adversus chris-
tum eius. Convenerunt enim vere
in civitate ista adversus
sanctum puerum tuum ihesum. quem
unxisti. herodes et pontius
pylatus cum gentibus et populis
israel: facere que manus tua
et consilium tuum decreverunt fi-
eri. Et nunc domine respice in
minas eorum: et da servis tu-
is cum omni fiducia loqui ver-
bum tuum: in eo quod manum
tuam extendas sanitates et
signa et prodigia fieri per no-
men sancti filii tui ihesu. Et
cum orassent. motus est locus
in quo erant congregati: et
repleti sunt omnes spiritu sancto:
et loquebantur verbum dei cum
fiducia. Multitudinis au-
tem credentium erat cor unum et
anima una. Nec quisquam eorum
que possidebat aliquid su-
um esse dicebat: sed erant
illis omnia communia. Et
virtute magna reddebant
apostoli testimonium resur-
rectionis ihesu christi domini nostri:
et gratia magna erat in
omnibus illis. Neque enim quis-
quam egens erat inter illos. Quot-
quot enim possessores agro-
rum aut domorum erant. ven-
dentes afferebant precia eorum
que vendebant: et ponebant ante pedes
apostolorum. Dividebatur autem
singulis: prout cuique opus
erat. Joseph autem qui cog-
nominatus est barnabas
ab apostolis quod est in-
terpretatum filius consolatio-
nis. levites cyprius genere.
cum haberet agrum vendidit

llum: et attulit partem et posu-
it ante pedes apostolorum. Capitulum
V.

Vir autem quidam
nomine ananias
cum saphira uxore
sua vendidit agrum: et frau-
dauit de precio agri conscia
uxore sua: et afferens partem
quandam ad pedes apostolorum po-
suit. Dixit autem petrus ad
ananiam. Cur temptauit satha-
nas cor tuum mentiri te spiri-
tui sancto: et fraudare de pre-
cio agri? Nonne manens ti-
bi manebat: et venundatum
in tua erat potestate? Quare
posuisti in corde tuo hanc rem?
Non es mentitus hominibus sed
deo. Audiens autem ananias
hec verba: cecidit et exspira-
uit. Et factus est timor mag-
nus in omnes qui audierant.
Surgentes autem iuuenes amo-
uerunt eum: et efferentes sepelie-
runt. Factum est autem quasi ho-
rarum trium spacium: et uxor ip-
sius nesciens quod factum fuerat
introiyt. Respondit autem ei
petrus. Dic michi mulier:
si tanti agrum vendidistis.
At illa dixit. Etiam tanti. Pe-
trus autem ad eam. Quid utique
conuenit vobis temptare spiri-
tum domini? Ecce pedes eorum qui
sepelierunt virum tuum ad ostium:
et efferent te. Confestim cecidit
ad pedes eius et exspirauit.
Intrantes autem iuuenes inue-
nerunt illam mortuam: et extu-
lerunt et sepelierunt ad virum
suum. Et factus est timor mag-
nus in uniuersa ecclesia: et in
omnes qui audierunt hec. Per
manus autem apostolorum fiebant
signa et prodigia multa in
plebe: et erant omnes unani-
miter in porticu salomonis.
Ceterorum autem nemo audebat
coniungere se illis: sed magni-
ficabat eos populus. Magis
autem augebatur credentium in
domino multitudo virorum ac
mulierum: ita ut in plateas
eicerent infirmos. et ponerent
in lectulis et grabatis: ut ve-
niente petro saltem umbra il-
lius obumbraret quemquam eorum.
et liberarentur ab infirmitati-

bus suis. Concurrebat aut̄ et
multitudo vicinarū civita
tū ihrl'm. afferentes egros
et vexatos a spiritib; imū
dis qui curabant̄ omnes.
Exurgens aut̄ princeps sacer
dotū et omēs qui cū illo erāt
que est heresis saduceorū. re
pleti sūt zelo: et iniecerūt
manus in apostolos: et po
suerūt illos in custodia pub
lica. Angelus autē dn̄i per
noctē aperiens ianuas carce
ris: et educens eos dixit. Ite
et stantes loquimini in tēplo
plebi omnia verba vite huius.
Qui cū audissent: intrauerūt
diluculo in templū. et doce
bāt. Adveniens aut̄ princeps
sacerdotū et qui cū eo erant.
cōvocauerūt cōciliū et oēs
seniores filiorū isrl': et mise
rūt ad carcerē ut adducerent̄.
Cū venissent autē ministri et
aperto carcere non invenissent
illos: reversi nūciauerūt di
centes. Carcerē quidē inveni
mus clausū cū omni diligē
tia. et custodes stantes ante
ianuas: aperientes aut̄ nemi
nē intus invenimus. Ut autē
audierunt hos sermones ma
gistratus templi et principes
sacerdotū: ambigebāt de il
lis quidnā fieret. Adveni
ens autē quidā nūciauit
eis: quia ecce viri quos po
suistis in carcerē sūt in tem
plo stantes et docētes ppl'm.
Tūc abiit magistratus cū
ministris: et adduxit illos si
ne vi. Timebāt enī ppl'm:
ne lapidarent̄. Et cū adduxis
sent illos: statuerūt in cō
cilio. Et interrogauit eos prin
ceps sacerdotū dicens. Pre
cipiēdo precepimus vobis ne
doceretis in nomine isto: et ec
ce replestis ihrl'm doctrina
vr̄a: et vultis introducere
sup nos sanguinē hominis
istius. Respōdens autē petrus
et apostoli dixerunt. Obedi
re oportet deo magis q̄ ho
minibus. Deus patrū nrōrum
suscitavit ih'm: quē vos in
teremistis suspēdentes in lig
no. Hunc deus principē et

saluatorem exaltauit dextera
sua: ad dandam penitentiam
israel et remissionem peccatorum.
Et nos sumus testes horum uer-
borum: et spiritus sanctus quem de-
dit deus omnibus obedientibus
sibi. Hec cum audissent disse-
cabantur: et cogitabant inter-
ficere illos. Surgens autem
quidam in concilio phariseus.
nomine gamaliel. legis doc-
tor. honorabilis uniuerse
plebi: iussit foras ad bre-
ue homines fieri. Dixitque ad
illos. Viri israelite attendite
vobis super hominibus istis quid
acturi sitis. Ante hos enim
dies extitit theodas dicens
se esse aliquem: cui consensit
numerus uirorum circiter qua-
dringentorum. Qui occisus
est. et omnes quicumque crede-
bant ei dissipati sunt: et redac-
tus est ad nichilum. Post
hunc extitit iudas galileus
in diebus professionis: et auer-
tit populum post se. Et ipse pe-
riit: et omnes quotquot conse-
serunt ei dispersi sunt. Et nunc

itaque dico vobis. Discedi-
te ab hominibus istis et sinite
illos: quia si est ex hominibus
consilium hoc aut opus. dis-
soluetur. Si vero ex deo est.
non poteritis dissoluere eos:
ne forte et deo repugnare
inueniamini. Consenserunt
autem illi: et conuocantes apos-
tolos. cesis denunciauerunt
ne loquerentur in nomine
ihesu: et dimiserunt eos. Et
illi quidem ibant gaudentes
a conspectu concilii: quoniam dig-
ni habiti sunt pro nomine
ihesu contumeliam pati. Omni
autem die in templo et circa do-
mos non cessabant docentes
et euangelizantes christum ihesum.

In diebus Capitulum VI
autem illis crescente
numero discipulo-
rum factum est murmur gre-
corum aduersus hebreos: eo
quod despicerentur in ministerio
cotidiano vidue eorum. Con-
uocantes autem duodecim multi-
tudinem discipulorum. dixerunt.
Non est equum nos derelinquere

re verbū dei: et ministrare mē
sis. Considerate ergo fratres
viros ex vobis boni testimo
nij septē plenos spiritu sc̄o
et sapientia: quos cōstitu
amus sup hoc opus. Nos
vero orationi et ministerio v̄
bi instantes erim⁹. Et pla
cuit sermo corā omī multi
dine. Et elegerūt stephanū
virū plenū fide et spiritu sc̄o:
et philippū et pchorū. et ny
chanorē. et tymonē. et pme
nam. et nycholaū aduenā
anthiochenū. Hos statuerūt
ante conspectū aplorū: et o
rantes iposuerūt eis man⁹.
Et verbū dn̄i crescebat: et
multiplicabat' numerus
discipulorū in ihrlm valde.
Multa etiā turba sacerdotū
obediebat fidei. Stephanus
autē plenus gratia et forti
tudine: faciebat pdigia et
signa magna in pplo. Sur
rexerūt autē quidā de syna
goga que appellat' liberti
norū et cyrenensiū et alexā
drinorū. et eorū qui erant

a cilicia et asya. disputātes
cū stephano: et nō poterāt
resistere sapientie et spiritui
qui loquebat'. Tūc summise
rūt viros: qui dicerēt se au
disse eū dicentē verba blas
phemie in moysen et deū.
Cōmouerūt itaq; plebē et
seniores et scribas: et cōcur
rentes rapuerūt eū. et ad
duxerūt in cōciliū: et statu
erūt testes falsos dicentes.
Homo iste nō cessat loqui
verba aduersus locū scīm
et legē. Audiuim⁹ enī eū di
centē: qm ihs nazarenus
hic destruet locū istū. et mu
tabit traditiones quas tra
didit nobis moyses. Et in
tuentes eū omēs qui sedebāt
in cōcilio: viderūt faciē eius
tanq̄ faciē angeli. Dixit
autē princeps sacerdotū. Si
hec ita se habent. Qui ait.

Caplm vij.

Viri fratres et patres
audite. Deus glo
rie apparuit patri nr̄o ab
rahā cū eēt ī mesopotamia

priusq̄ⁿ moraret̄ in charrā:
et dixit ad illū. Exi de terra
tua et de cognatione tua:
et veni in terrā quā tibi
monstrauero. Tūc exijt de ter
ra chaldeorū: et habitauit
in charran. Et inde postq̄ⁿ
mortuus est pater eius trāſ
tulit illū in terrā istā: in q̄
nūc vos habitatis. Et non
dedit illi hereditatē in ea
nec passū pedis: sed repro
misit dare illi eā in posses
sionē. et semī eius post ip
sū: cū non haberet filiū.
Locutus est autem deus q̄a
erit semen eius accola in ter
ra aliena: et seruituti eos
subicient et male tractabūt
eos annis quadringentis:
et gentē cui seruierint iudi
cabo ego dixit dn̄s. Et p̄ⁿ
hec exibūt: et seruient m̄ in
loco isto. Et dedit illi testa
mentū circūcisionis: et sic
genuit ysaac et circūcidit
eū die octaua. et ysaac ia
cob. et iacob duodecī patri
archas. Et patriarche emu

lantes: vendiderūt ioseph
in egiptū. Et erat deus cū eo:
et eripuit eū ex omnib̄ꝫ tribu
lationib̄ꝫ eius Et dedit ei grā
ciā et sapienciā in cōspectu
pharaonis regis egipti: et
cōstituit eū ꝑpositū super e
giptū et sup omnē domū
suā. Venit autē fames in v
niuersā egiptū et chanaan.
et tribulatio magna: et nō
inueniebāt cibos patres nr̄i.
Cū audisset autē iacob esse
frumentū in egipto. misit
patres nr̄os primū: et in se
cūdo cognitus est ioseph a
fratrib̄ꝫ suis: et manifesta
tū est pharaonī genus eius.
Mittens autē ioseph accersi
uit iacob patrē suū: et om
nem cognationē. in anima
bus septuaginta quinqꝫ.
Et descendit iacob in egip
tū: et defunctus est ipse et pa
tres nr̄i: et translati sūt in sy
chem et positi sūt in sepul
chro quod emit abraham
ꝑcio argenti a filijs emor fi
lij sichem. Cū appropinq̄ⁿ

ret aut tēpus repromissio
nis quā cōfessus fuerat de
us abrahe: creuit pp̄lus et
multiplicatus est in egip
to. quoadusq; surgeret rex
alius in egipto qui nō scie
bat ioseph. Hic circumueni
ens genus nr̄m. afflixit pa
tres nr̄os: ut exponerent in
fantes suos. ne uiuificarent'.
Eodē tempore natus ē moy
ses. et fuit gratus deo: qui
nutritus est trib; mēsib; in
domo patris sui. Exposito
autē illo. sustulit eū filia
pharaonis: et nutriuit eū
sibi in filiū. Et eruditus ē
moyses omī sapiētia egip
tiorū: et erat potens in uer
bis et in operib; suis. Cū
autē impleret ei quadragi
ta annorū tēpus: ascendit
in cor eius ut uisitaret fra
tres suos filios isrl'. Et cū
uidisset quēdā iniuriā pa
tientē uindicauit illū: et
fecit ultionē ei qui iniuriā
sustinebat. percusso egiptio.
Existimabat aut intelligē

fratres: qm̄ deus per manū
ipsius daret salutē illis. At
illi nō intellexerūt. Sequēti
uero die apparuit illis liti
gantib;: et recōciliabat eos
in pace dicēs. Uiri fratres
estis. Ut quid nocetis alte
rutrū? Qui aut iniuriā fa
ciebat proximo suo: repulit
eū dicens. Quis te cōstituit
iudicē et principē sup nos?
Numquid interficere me tu
uis. quēadmodū interfecisti
heri egiptiū? Fugit aut mo
yses in uerbo isto: et fact'
est aduena in terra madi
an: ubi generauit filios
duos. Et expletis annis q
draginta: apparuit illi in
deserto montis syna ange
lus in igne flāme rubi. Mo
yses aut uidens: admirat'
est uisū. Et accedente illo ut
cōsideraret: facta est uox
dnī ad eū dicens. Ego sum
deus patrū tuorū: deus ab
raham deus ysaac et deus ia
cob. Tremefactus aut mo
yses: non audebat cōsidera

te. Dixit autem illi dominus. Sol
ue calciamentum pedum tuorum:
locus enim in quo stas. terra
sancta est. Videns vidi afflic
tionem populi mei qui est in e
gipto. et gemitum eorum audi
ui: et descendi liberare eos.
Et nunc veni mittam te in
egiptum. Hunc moysen quem
negauerunt dicentes quis te
constituit principem et iudicem
super nos: hunc deus principem
et redemptorem misit cum manu
angeli qui apparuit illi in
rubo. Hic eduxit illos: faci
ens prodigia et signa in ter
ra egipti et in rubro mari.
et in deserto annis quadra
ginta. Hic est moyses: qui
dixit filiis israel. Prophetam vo
bis suscitabit deus de fratri
bus vestris: tamquam me ipsum au
dietis. Hic est qui fuit in ec
clesia in solitudine cum ange
lo qui loquebatur ei in mon
te syna et cum patribus nostris:
qui accepit verba vite dare
nobis. Cui noluerunt obe
dire patres nostri: sed repule
runt et auersi sunt cordibus suis
in egiptum. dicentes ad aa
ron. Fac nobis deos qui pre
cedant nos. Moysi enim huic qui
eduxit nos de terra egipti:
nescimus quid factum sit ei.
Et vitulum fecerunt in illis di
ebus: et obtulerunt hostiam
simulacro: et letabantur
in operibus manuum suarum.
Conuertit autem deus et tradi
dit eos seruire milicie celi:
sicut scriptum est in libro pro
phetarum. Numquid victimas
aut hostias obtulistis mihi
annis quadraginta in deserto
domus israel? Et suscepistis
tabernaculum moloch et syd
us dei vestri rempham figuras
quas fecistis adorare eas: et
transferam vos trans babilo
nem. Tabernaculum testimoni
i fuit patribus nostris in deserto:
sicut disposuit loquens ad
moysen. ut faceret illud se
cundum formam quam viderat.
Quod et induxerunt suscipientes
patres nostri cum iesu in posses
sionem gentium. quas expulit

deus a facie patrū nrōrū. us
q; in dieb; dauid: qui inuenit
gratiā ante deū. et petijt ut
inuenirēt tabernaculū deo ia
cob. Salomon autē edifica
uit illi domū: sed nō excelsus
in manufactis habitat. sic
ut ꝓpheta dicit. Celū michi
sedes est: terra autē scabellū
pedū meorū. Quā domū e
dificabitis michi dicit dn̄s:
aut quis locus requietionis
mee est? Nōne manus mea
fecit hec omnia? Dura ceru
ice et incircūcisi cordib; et au
rib; vos semꝑ spiritui scō re
sistitis: sicut et patres vrī.
ita et vos. Quē ꝓphetarū
non sunt ꝓsecuti patres vrī?
Et occiderūt eos qui prenūcia
bāt de aduentu iusti: cuius
vos nunc ꝓditores et homi
cide fuistis: qui accepistis
legē in dispositionē angelo
rū. et non custodistis. Audi
entes autē hec. dissecabant
cordib; suis: et stridebant dē
tibus in eū. Cū autē esset
plenus spiritu sancto: inte
dens in celū vidit gloriā dei.
et ihm̄ stantē a dextris dei. et
ait. Ecce video celos aptos:
et filiū hominis stantē a dex
der ergo manu silentio pos
tulato: volebat rationem
reddere populo. Quem ut cogno
verunt iudeum esse: vox facta
est una omnium quasi per ho
ras duas clamantium. Mag
na dyana ephesiorum. Et cum
sedasset scriba turbas: dixit.
Viri ephesii. quis enim est ho
minum qui nesciat ephesiorum
civitatem cultricem esse magne
dyane. iovisque prolis. Cum er
go hiis contradici non possit:
oportet vos sedatos esse. et
nichil temere agere. Adduxis
tis enim homines istos neque
sacrilegos neque blasphemant
tes deam vestram. Quod si demetri
us et qui cum eo sunt artifices
habent adversum aliquem cau
sam: conventus forenses agun
tur et proconsules sunt: accu
sent invicem. Siquid autem
alterius rei queritis: in legi
tima ecclesia poterit absol
vi. Nam et periclitamur argui
seditionis hodierne: cum
nullus obnoxius sit de quo
possimus reddere rationem con
cursus istius. Et cum hec dix
isset. dimisit ecclesiam. Ca. xx.

Postquam autem cessavit
tumultus. voca
tus paulus disci
pulis et exhortatus eos va
ledixit: et profectus est ut iret
in macedoniam. Cum autem per
ambulasset partes illas et
exhortatus eos fuisset mul
to sermone: venit ad greci
am. Ubi cum fuisset menses tres.
facte sunt illi insidie a iude
is navigaturo in syriam: ha
buitque consilium ut reverte
retur per macedoniam. Comi
tatus est autem eum sosipater
pirri beroensis: thessaloni
censium vero aristarcus et se
cundus et gayus. derbeus et
thymotheus: asyani vero
tiricus et trophimus. Hii cum
precessissent: sustinuerunt nos
troade. Nos vero naviga

uimus post dies azimorum
a philippis: et venimus ad
eos troade in diebus quinque:
ubi morati sumus diebus
septem. Una autem sabbati cum
venissemus ad frangendum
panem: paulus disputabat
cum eis profecturus in crasti
num: protraxitque sermonem us
que in mediam noctem. Erant
autem lampades copiose in ce
naculo: ubi eramus congre
gati. Sedens autem quidam
adolescens nomine euthicus
super fenestram. cum mergeretur
sompno gravi disputante di
u paulo ductus sompno ce
cidit de tercio cenaculo deor
sum: et sublatus est mortu
us. Ad quem cum descendisset
paulus incubuit super eum:
et complexus dixit. Nolite tur
bari: anima enim ipsius in eo
est. Ascendens autem frangensque
panem et gustans. satisque
allocutus est usque ad lucem:
et sic profectus est. Adduxerunt
autem puerum viventem: et con
solati sunt non minime. Nos
autem ascendentes navem. navi
gavimus in asson: inde sus
cepturi paulum. Sic enim dis
posuerat ipse per terram iter
facturus. Cum autem invenisset
nos in asson: assumpto eo
venimus mitilenem. Et inde
navigantes: sequenti die veni
mus contra chium. Et alia
die applicuimus samum: et se
quenti die venimus miletum. Pro
posuerat enim paulus transna
vigare ephesum: ne qua mo
ra illi fieret in asya. Festina
bat enim si possibile esset si
bi: ut diem penthecosten faci
ret iherosolimis. A mileto
mittens autem ephesum vocavit
maiores natu ecclesie. Qui
cum venissent ad eum et simul
essent: dixit eis. Vos scitis
a prima die qua ingressus
sum in asiam qualiter vobis
cum per omne tempus fuerim.
serviens domino cum omni humili
tate et lacrimis et temptati
onibus que michi acciderunt
ex insidiis iudeorum: quomodo
nichil subtraxerim vobis uti

lium. quo minus ānūciarē
vobis et docerē vos publice.
et per domos. testificans iu
deis atqꝫ gētilibꝫ in deū pē
nitenciā et fidē in dñm nřm
ihm xpm. Et ecce nūc alli
gatus ego spiritu vado in
ihrlm. que in ea ventura st
michi ignorans: nisi qđ sps
scūs per omēs civitates pro
testatur michi dicēs. qm vi
cula et tribulationes me
manent. Sed nichil horū ve
reor. nec facio animā meā
preciosiorē qm me: dūmodo cō
sumē cursū meū et ministeri
ū quod accepi a dño ihu
testificari euāgeliū gracie
dei. Et nūc ecce ego scio: qa
amplius nō videbitis fa
ciē meā vos omēs per quos
transivi pdicans regnū dei.
Quapropter cōtestor vos
hodierna die: quia mūdus
sum a sāguine om̄i. Non
enī subterfugi quo minus
annunciarē omē consiliū de
i vobis. Attendite vobis et
vniūso gregi: in quo vos

spūs scūs posuit episcopos
regere ecclesiā dei quā acqui
sivit sāguine suo. Ego scio
qm intrabūt post discessio
nē meā lupi rapaces in vos:
nō parcētes gregi. Et ex vo
bisipsis exsurgent viri loqn
tes pūersa: ut abducant dis
cipulos post se. Propter quod
vigilate: memoria retinētes
qm per triennīū nocte et di
e nō cessaui cū lacrimis mo
nens vnūquēqꝫ vestrm. Et
nūc cōmendo vos deo et ver
bo gracie ipsius: qui potēs
est edificare et dare heredita
tem in sanctificatis omībꝫ.
Argentū aut aurū aut ves
tem nullius cōcupiui. ipsi
scitis: qm ad ea que michi
opus erāt. et hys qui mecū
sūt ministrauerūt manus
iste. Omnia ostendi vobis:
qm sic laborātes oportet
suscipere infirmos ac memi
nisse verbi dñi ihu: qm ip
se dixit. Beatius est magis
dare qm accipere. Et cū hec
dixisset: positis genibꝫ suis

cum omnibus illis orauit. Mag-
nus autem fletus factus est
omnium. Et procumbentes super col-
lum pauli. osculabantur eum:
dolentes maxime in verbo
quod dixerat. quia amplius
faciem eius non essent visuri.
Et deducebant eum ad nauem.

Cum Capitulum xxi
autem factum esset
ut nauigaremus
abstracti ab eis recto cur-
su venimus choum. et sequen-
ti die rodum. et inde pathera.
ram. Et cum inuenissemus na-
uem transfretantem in feniciem:
ascendentes nauigauimus.
Cum apparuissemus autem cy-
pro. relinquentes eam ad sinis-
tram nauigauimus in syriam:
et venimus tirum. Ibi enim
nauis erat expositura onus.
Inuentis autem discipulis mansi-
mus ibi diebus septem. Qui
paulo dicebant per spiritum:
ne ascenderet iherosolimam.
Et expletis diebus profecti ibam-
us: deducentibus nos omni-
bus cum uxoribus et filiis us-
que foras ciuitatem. Et posi-
tis in litore genibus orauimus.
Et cum vale fecissemus inuicem.
ascendimus in nauem: illi
autem redierunt in sua. Nos
vero nauigatione explica-
ta a tyro. descendimus pto-
lomayda: et salutatis fra-
tribus. mansimus die una a-
pud illos. Alia autem die pro-
fecti venimus cesaream. Et in-
trantes domum philippi e-
uangeliste qui erat unus de
septem: mansimus apud eum.
Huic autem erant filie quatuor
virgines prophetantes. Et cum
moraremur per dies aliquot:
superuenit quidam a iudea pro-
pheta nomine agabus. Is
cum venisset ad nos. tulit zo-
nam pauli: et alligans sibi
pedes et manus dixit. Hec
dicit spiritus sanctus. Virum cuius
est zona hec. sic alligabunt
in iherusalem iudei: et tradent
in manus gentium. Quod
cum audissemus: rogaba-
mus nos et qui loci illius
erant ne ascenderet iheroso-

lema. Tunc respondit pau
lus et dixit. Quid facitis
flentes et affligentes cor me
um. Ego enim non solum alli
gari: sed et mori in ierusalem
paratus sum propter nomen
domini ihesu. Et cum ei suadere non
possemus: quievimus dicen
tes. Domini voluntas fiat.
Post dies autem istos prepa
rati ascendebamus ierusalem.
Venerunt autem et ex discipu
lis a cesarea nobiscum: ad
ducentes apud quem hospi
taremur. iasonem quendam
cyprium antiquum discipu
lum. Et cum venissemus ierO
solimam: libenter exceperunt
nos fratres. Sequenti autem
die introibat paulus no
biscum ad iacobum: omnesque
collecti sunt seniores. Quos
cum salutasset: narrabat
per singula que fecisset de
us in gentibus per ministerium
ipsius. At illi cum audissent:
magnificabant deum. Dixe
runtque ei. Vides frater quot
milia sunt in iudeis qui

crediderunt: et omnes emula
tores sunt legis. Audierunt
autem de te quia discessionem
doceas a moyse eorum qui
per gentes sunt iudeorum: di
cens non debere eos circumci
dere filios suos. neque secundum
consuetudinem ingredi. Quid
ergo est? Utique oportet con
venire multitudinem. Audi
ent enim te supervenisse. Hoc
ergo fac quod tibi dicimus.
Sunt nobis viri quattuor votum
habentes super se. His assump
tis sanctifica te cum illis: et impende in il
lis ut radant capita: et sci
ent omnes quia que de te au
dierunt falsa sunt: sed ambu
lans et ipse custodiens legem.
De hiis autem qui crediderunt ex gen
tibus nos scripsimus iudicantes
ut abstineant se ab ydolis
immolato et sanguine et suf
focato. et fornicatione. Tunc
paulus assumptis viris pos
tera die purificatus cum illis
intravit in templum: annun
cians expletionem dierum
purificationis. donec of

ferretur pro unoquoque eorum
oblatio. Dum autem septem di
es consummarentur: hi qui
de asya erant iudei cum vidis
sent eum in templo concitaverunt
omnem populum: et iniecerunt ei ma
nus clamantes. Viri israelite ad
iuvate. Hic est homo qui ad
versus populum et legem et locum
hunc. omnes ubique docens. in
super et gentiles induxit in
templum: et violavit sanc
tum locum istum. Viderant enim tro
phimum ephesium in civita
te cum ipso: quem estimaverunt
quoniam in templum introduxis
set paulus. Commotaque est
civitas tota: et facta est con
cursio populi. Et apprehendentes
paulum trahebant eum extra
templum: et statim clause sunt
ianue. Querentibus autem eum
occidere: nunciatum est tribu
no cohortis quia tota con
funditur ierusalem. Qui statim
assumptis militibus et centuri
onibus: decucurrit ad illos.
Qui cum vidissent tribunum
et milites: cessaverunt percu

tere paulum. Tunc accedens tri
bunus apprehendit eum: et
iussit alligari cathenis du
abus: et interrogabat quis
esset et quid fecisset. Alii autem
aliud clamabant in turba.
Et cum non posset certum cog
noscere pre tumultu: ius
sit duci eum in castra. Et cum
venisset ad gradus: contigit
ut portaretur a militibus propter
vim populi. Sequebatur enim multitu
do populi clamans. Tolle eum. Et
cum cepisset induci in castra: paulus
dicit tribuno. Si licet mihi loqui
aliquid ad te? Qui dixit. Grece nos
ti? Nonne tu es egiptius qui
ante hos dies tumultum con
citasti: et eduxisti in deser
tum quatuor milia virorum
sicariorum? Et dixit ad eum
paulus. Ego homo sum qui
dem iudeus a tharso cilici
e: non ignote civitatis mu
niceps. Rogo autem te: per
mitte michi loqui ad po
pulum. Et cum ille permisisset:
paulus stans in gradibus
annuit manu ad plebem. Et

magno silētio facto: allo
cutus est hebrea lingua di
cens. Capl' xxii.
Viri fratres et pa
tres audite quā
ad vos nūc reddo ratione̅.
Cū audissent aūt quia he
brea lingua loqueret' ad il
los: magis p̄stiterunt silen
tiū. Et dixit. Ego sū vir iu
deus natus tharso cilicie.
nutritus aūt in ista ciui
tate secus pedes gamaliel:
eruditus iuxta veritatē pa
terne legis. emulator legis
sicut et vos omēs estis ho
die: qui hanc viā p̄secu
tus sū usq; ad mortē alli
gans et tradens in custo
dias viros ac mulieres. sic
ut princeps sacerdotū mi
testimoniū reddit et omēs
maiores natu: a quibz et
epistolas accipiēs ad fr̄es
damascū p̄gebā. ut addu
cerē inde vinctos in ierlm
ut punirent'. Factū est aūt
euntē me et appropinquā
te damasco. media die sub
ito de celo circūfulsit me lux
copiosa: et decidēs in trā au
diui vocē dicētē m. Saule
saule qd me p̄sequeris? Ego
aūt r̄ndi. Q̄s es dñe? Dixit
q; ad me. Ego sū ihs naza
renus quē tu p̄seqris. Et q̄ me
cū erāt lumē q̄dē viderūt vocē
aūt nō audierūt ei' q̄ loqbat'
mecū. Et dixi. Q̄d faciā dñe?
Dñs aūt dixit ad me. Surgēs
vade damascū: et ibi tibi di
cet' de ōnibz q̄ oporteat te fa
cē. Et cū nō viderē p̄ clarita
te luminis illi' ad manū de
duct' a comitibz veni damas
cū. Ananias aūt q̄dā vir scdm
dū legē testimoniū habēs ab
oībz habitantibz iudeis: veniēs
ad me. et astans dixit m.
Saule frater respice. Et e
go eadē hora respexi in eū.
At ille dixit. Deus patrū
nrōz p̄ordinauit te ut
cognosceres voluntatē eius
et videres iustū. et audires
vocē ex ore eius: quia eris
testis illius ad omēs hoi
nes eorū que vidisti et au

disti. Et nunc quid mora
ris? Exurge et baptizare:
et ablue peccata tua invoca
to nomine ipsius. Factum est
autem revertenti michi in
ierusalem et oranti in templo.
fieri me in stupore mentis:
et videre illum dicentem michi.
Festina et exi velociter ex
ierusalem: quoniam non recipient
testimonium tuum de me. Et
ego dixi. Domine ipsi sciunt: quia
ego eram concludens in car
cerem. et cedens per synago
gas eos qui credebant in te.
Et cum funderetur sanguis
stephani testis tui: ego ad
stabam et consentiebam et cu
stodiebam vestimenta inter
ficientium illum. Et dixit ad
me. Vade: quoniam ego ad na
tiones longe mittam te. Au
diebant autem usque ad hoc
verbum: et levaverunt vocem
suam dicentes. Tolle de terra
eiusmodi. Non enim fas est
eum vivere. Vociferantibus
autem eis et proicientibus vesti
menta sua. et pulverem iac
tantibus in aerem: iussit tri
bunus induci eum in cas
tra et flagellis cedi et tor
queri eum: ut sciret propter
quam causam sic acclama
rent ei. Et cum astrinxisset eum
loris: dixit astanti sibi
centurioni paulus. Si
hominem romanum et indep
natum licet vobis flagel
lare? Quo audito centurio
accessit ad tribunum: et
nunciavit dicens. Quid
acturus es? Hic enim ho
mo civis romanus est. Ac
cedens autem tribunus dix
it illi. Dic michi si tu ro
manus es. At ille dixit. Et
iam. Et respondit tribunus.
Ego multa summa civili
tatem hanc consecutus sum.
Et paulus ait. Ego autem
et natus sum. Protinus ergo
discesserunt ab illo qui eum
torturi erant. Tribunus quoque
timuit postquam rescivit quia
civis romanus esset: et quia
ligasset eum. Postera autem
die volens scire diligentius

qua ex causa accusaretur
a iudeis. soluit eum: et ius-
sit sacerdotes convenire et
omne concilium: et producens
paulum statuit inter illos.
Intendens autem xxiii.
concilium paulus a-
it. Viri fratres: ego
omni conscientia bona con-
versatus sum ante deum usque
in hodiernum diem. Princeps
autem sacerdotum ananias
precepit astantibus sibi per-
cutere os eius. Tunc paulus
ad eum dixit. Percutiet te deus
paries dealbate. Et tu se-
dens iudicas me secundum le-
gem: et contra legem iubes me
percuti. Et qui astabant dix-
erunt. Summum sacerdotem dei
maledicis? Dixit autem
paulus. Nesciebam fratres: quia
princeps est sacerdotum. Scrip-
tum est enim. Principem populi
tui non maledices. Sciens
autem paulus quia una pars
esset saduceorum et altera
phariseorum: exclamavit in
concilio. Viri fratres. ego pha-
riseus sum filius phariseorum:
de spe et resurrectione mor-
tuorum ego iudicor. Et cum
hec dixisset: facta est disse-
sio inter phariseos et sadu-
ceos. et soluta est multitu-
do. Saducei enim dicunt non
esse resurrectionem: neque an-
gelum neque spiritum. Pharisei
autem utraque confitentur. Fac-
tus est autem clamor magnus.
Et exsurgentes quidam phari-
seorum: pugnabant dicentes.
Nichil mali invenimus in
homine isto. Quid si spiritus
locutus est ei aut angelus?
Et cum magna dissensio
facta esset: timens tribunus
ne discerperetur paulus ab
ipsis. iussit milites descende-
re et rapere eum de medio eorum.
ac deducere eum in castra. Se-
quenti autem nocte assistens ei
dominus ait. Constans esto. Sic-
ut enim testificatus es de me
in ierusalem: sic te oportet et ro-
me testificari. Facta autem
die collegerunt se quidam ex
iudeis: et devoverunt se dicen-

tes. neque manducaturos ne
que bibituros donec occiderent
paulum. Erant autem plusquam qua
draginta viri: qui hanc con
iurationem fecerant. Qui ac
cesserunt ad principes sacer
dotum et seniores: et dixerunt.
Devotione devovimus nos
nichil gustaturos: donec
occidamus paulum. Nunc er
go vos notum facite tribuno
cum concilio. ut adducat illum
ad vos: tamquam aliquid cer
tius cognituri de eo. Nos
vero prius quam appropiet pa
rati sumus interficere illum. Quod
cum audisset filius sororis
pauli insidias: venit et in
travit in castra. nunciavit
que paulo. Vocans autem
paulus ad se unum ex centu
rionibus ait. Adolescentem hunc
perduc ad tribunum: habet
enim aliquid indicare illi. Et
ille quidem assumens eum. dux
it ad tribunum: et ait. Vinc
tus paulus rogavit me
hunc adolescentem perducere
ad te: habentem aliquid loqui

tibi. Apprehendens autem tribu
nus manum illius secessit
cum eo seorsum: et interroga
vit illum. Quid est quod
habes indicare michi? Il
le autem dixit. Iudeis convenit
rogare te. ut crastina die
paulum producas in concilium:
quasi aliquid certius inqui
situri sint de illo. Tu vero
ne credideris illis. Insidian
tur enim ei ex eis viri amplius
quam quadraginta: qui se de
voverunt non manducare
neque bibere donec interficiant
eum. Et nunc parati sunt
expectantes promissum tuum.
Tribunus igitur dimisit
adolescentem: precipiens ne cui
loqueretur quoniam hec nota si
bi fecisset. Et convocatis du
obus centurionibus: dixit illis.
Parate milites ducentos
ut eant usque cesaream. et equi
tes septuaginta et lancea
rios ducentos a tercia hora
noctis. et iumenta prepara
te: ut imponentes paulum
eum salvum perducerent ad felicem

presidē: scribens ei epistolā
cōtinentē hec. Claudius
lysias optimo p̄sidi felici
salutē. Virū hūc cōprehē
sū a iudeis et incipientē in
terfici ab eis. superueniēs cū
exercitu eripui: cognito q̄
a romanus est. Volensq;
scire causā quā obiciebāt
illi: deduxi eū in cōciliū eo
rū. Quē inueni accusari de
questionibꝫ legis ipsorū:
nichil vero dignū morte
aut vinclis habentē crimē.
Et cū michi platū eēt de i
sidijs q̄s parauerant ei:
misi ad te denūcians et ac
cusatoribꝫ ut dicāt apud
te. Vale. Milites ergo secū
dū p̄ceptū sibi assumētes
paulū: duxerūt per noctē
in antipatridem. Et postera
die dimissis equitibꝫ ut i
rent cū eo: reuersi sūt ad
castra. Qui cū uenissent
cesaream et tradidissēt epis
tolā p̄sidi: statuerūt ante
illū et paulū. Cū legisset
autē et interrogasset de q̄
prouincia esset. et cognoscens
quia de cilicia: audiā te in
quit cū accusatores tui ve
nerint. Iussitq; in p̄torio
herodis custodiri eū. Capl'm xxiiij.

Post quinq;
autē dies descēdit
princeps sacerdotū
ananias cū seniorꝫ qui
busdā et tertullo quodā ora
tore: qui adierūt p̄sidē
aduersus paulū. Et citato
paulo: cepit accusare tertul
lus dicens. Cū in multa pa
ce agamus per te. et multa
corrigantur per tuā puidē
ciā: semp et ubiq; suscipi
mus optime felix cū omi
graciarū actione. Ne diuci
us autē te ptrahā: oro bre
uiter audias nos pro tua
clemencia. Inuenim⁹ hūc
hominē pestiferū et cōcitā
tē sediciones omībꝫ iudeis
in uniuerso orbe. et aucto
rē sedicionis secte nazare
norū: qui eciā templū vi
olare conatus est. Quē et
apphensū voluim⁹ secūdū

legē nr̄am iudicare. Sup
ueniens autē tribun⁹ lysi
as cū ui magna eripuit
eū de manib; nr̄is. iubens
accusatores eius ad te ue
nire: a quo poteris ipe iu
dicans de omīb; istis cog
noscere. de quib; nos accu
samus eū. Adiecerūt aūt
et iudei: dicētes hec ita se
habere. Respōdit aūt pau
lus: ānuente sibi p̄side dicē.
Ex multis ānis esse te iudi
cē genti huic sciens: bono
aīmo pro me satisfaciā.
Potes eñ cognoscere quia
nō plus sūt dies michi q̄
duodecī. ex quo ascēdi ado
rare in ihr̄lm: et neq; in tē
plo inuenerūt me cū aliq̄
disputantē. aut cōcursū
facientē turbe. neq; in syna
gogis neq; in ciuitate. neq;
pbare possūt tibi de q̄b;
nūc accusāt me. Confiteor
aūt h' t' q' s'cdm sectā quā
dicūt heresim sic deseruio
patri deo meo. credens om
nib; que in lege et pphetis

scripta sūt: spē habens in
deū quā et hij ipi exspec
tant resurrectionē futurā
iustorū et iniquorū. In hoc
et ipe studeo sine offendicu
lo cōsciētiā habere ad deū
et ad homines semp. Post
ānos aūt plures elemosi
nas facturus in gentē me
ā ueni et oblationes et uota:
ī q̄b; inuenerūt me purifi
catū in tēplo nō cū turba
neq; cū tumultu. Quidā
aūt ex asia iudei quos o
portebat apud te presto es
se. et accusare siquid habe
rent aduersū me: aut hij
ipi dicāt siquid inuenerūt
in me iniquitatis cū stē in
cōcilio nisi de una hac so
lūmodo uoce qua clama
ui inter eos stans. q̄m de
resurrectione mortuor' ego
iudicor hodie a uob'. Dis
tulit illos felix. certissime
sciens de uia. dicens. Cū tri
bunus lysias descēderit: au
diā uos. Iussitq; cēturio
ni custodire eū et habere

requiē: nec quēq̄ꝫ phibē
de suis ministrare ei. Post ali
quot aut̄ dies veniens felix
cū drusilla vxore sua que
erat iudea. vocauit paulū:
et audiuit ab eo fidē que ē
in ihm̄ xpm̄. Disputante
aut̄ illo de iusticia et casti
tate et de iudicio futuro: tre
mefactus felix respōdit. Qđ
nuc attinet vade: tēpore o
portuno accersiā te: simul
et sperans quia pecunia
daretur a paulo. Ppter qđ
et frequēter accersiens eū: lo
quebat̄ cū eo. Biennio aūt
expleto: accepit successorē
felix porciū festū. Volens
aut̄ graciā prestare iudeis
felix: reliquit paulū vinc
tum. Caplm̄ xxv
Festus ergo cū ve
nisset in puīciā:
post triduū ascendit ihero
solimā a cesarea. Adieruntꝫ
ꝗ cū principes sacerdotū
et primi iudeorū aduersus
paulū: et rogabāt eū pos
tulantes graciā aduersus
eū. ut iuberet pduci eū in
ihrlm̄: insidias tendētes ut
eū interficerent in via. Festus
aut̄ respondit seruari pau
lū in cesarea: se aūt matu
rius pfecturū. Qui ergo in
vobis aiut potētes sūt descen
dentes simul. si quod est in
viro crimē accusēt eū. Demo
ratus aūt inter eos dies nō
āplius q̄ octo aut decē: descē
dit cesarea. Et altera die se
dit pro tribunali: et iussit
paulū adduci. Qui cū p
ductus esset: circūsteterūt
eū qui ab iherosolima descē
derāt iudei. multas et gra
ues causas obiciētes quas
nō poterant pbare. Paulo
aūt rationē reddente: qm̄
neqꝫ in legē iudeorū neqꝫ in
templū neqꝫ in cesarē quicquā
peccaui. Festus aūt volens
iudeis graciā prestare: respō
dens paulo dixit. Vis iherō
solimā ascendere: et ibi de
hiis iudicari apud me? Dix
it aūt paulus. Ad tribunal
cesaris sto: ubi me oportet

iudicari. Iudeis non nocui:
sicut tu melius nosti. Si
enim nocui aut dignum mor
te aliquid feci: non recuso
mori. Si vero nichil est eorum
que hii accusant me: nemo
potest me illis donare. Ce
sarem appello. Tunc festus cum
concilio locutus respondit.
Cesarem appellasti: ad cesarem
ibis. Et cum dies aliquot trans
acti essent: agrippa rex et
bernice descenderunt cesaream.
ad salutandum festum. Et cum
dies plures ibidem moraretur:
festus regi indicavit de pau
lo dicens. Vir quidam est dere
lictus a felice vinctus: de quo
cum essem iherosolimis adie
runt me principes sacerdo
tum et seniores iudeorum. pos
tulantes adversus illum damp
nationem. Ad quos respon
di: quia non est consuetudo
romanis donare aliquem
hominem prius quam is qui
accusatur presentes habeat
accusatores: locumque defen
dendi accipiat ad abluen
da crimina. Cum ergo huc con
venissent: sine ulla dilatio
ne sequenti die sedens pro
tribunali. iussi adduci
virum. De quo cum stetissent
accusatores: nullam causam
deferebant de quibus ego sus
picabar malum. Questiones
vero quasdam de sua supersti
tione habebant adversus
eum: et de quodam ihesu defunc
to. quem affirmabat pau
lus vivere. Hesitans autem
ego de huiusmodi questi
one: dicebam si vellet ire
iherosolimam et ibi iudi
cari de istis. Paulo autem
appellante ut servaretur au
gusti cognitioni: iussi ser
vari eum donec mittam eum ad
cesarem. Agrippa autem dixit
ad festum. Volebam et ipse ho
minem audire. Cras inquit
audies eum. Altera autem die
cum venisset agrippa et ber
nice cum multa ambitione
et introisset in auditorium
cum tribunis et viris princi
palibus civitatis: iubente fes

to adductus est paulus.
Et dixit festus. Agrippa rex
et omnes qui simul adestis
nobiscum viri: videtis hunc
hominem de quo omnis multi
tudo iudeorum interpellavit
me iherosolimis. petentes
et acclamantes non oportere
eum vivere amplius. Ego vero
comperi nichil dignum eum mor
te admisisse. Ipso autem hoc
appellante: ad augustum
iudicavi mittere. De quo quid
certum scribam domino non habe
o. Propter quod produxi eum ad
vos. et maxime ad te rex
agrippa: ut interrogatione
facta habeam quid scribam.
Sine ratione enim michi vi
detur mittere vinctum: et cau
sas eius non significare.

Agrippa Cap. xxvi
vero ad paulum
ait. Permittitur tibi
loqui pro temetipso. Tunc
paulus extenta manu cepit
rationem reddere. De omnibus
quibus accusor a iudeis rex
agrippa estimo me beatum
apud te. cum sim defensurus
me hodie: maxime te sci
ente omnia que apud iudeos
sunt consuetudines et questiones.
Propter quod obsecro pacien
ter me audias. Et quidem vi
tam meam a iuventute que ab
initio fuit in gente mea ihe
rosolimis noverunt omnes
iudei. prescientes me ab initio.
si velint testimonium perhibe
re: quoniam secundum certissimam sectam
nostre religionis vixi pharise
us. Et nunc in spe que ad
patres nostros repromissionis
facta est a deo sto iudicio sub
iectus: in qua duodecim tribus
nostre nocte ac die servientes
sperant devenire: de qua spe
accusor a iudeis rex. Quid
incredibile iudicatur apud
vos si deus mortuos susci
tat. Et ego quidem estimave
ram me adversus nomen ihesu
nazareni debere multa con
traria agere: quod et feci
iherosolimis. Et multos sanc
torum ego in carceribus inclusi:
a principibus sacerdotum potes

tate accepta. Et cum occiderentur
tur detuli sententiam: et per
omnes synagogas frequen-
ter puniens eos compellebam
blasphemare: et amplius
insaniens in eos. persequebar
usque in exteras civitates. In
quibus dum irem damascum
cum potestate et permissu prin-
cipum sacerdotum: die media
in via vidi rex de celo super
splendorem solis circumfulsisse
me lumen. et eos qui mecum
simul erant. Omnesque nos
cum decidissemus in terram: au-
divi vocem loquentem michi
hebraica lingua. Saule
saule quid me persequeris? Du-
rum est tibi contra stimulum
calcitrare. Ego autem dixi.
Quis es domine? Dominus autem dix-
it. Ego sum ihesus. quem tu persequer-
is. Sed exsurge et sta super
pedes tuos. Ad hoc enim appa-
rui tibi. ut constituam te minis-
trum et testem eorum que vidis-
ti et eorum quibus apparebo
tibi: eripiens te de populis et gen-
tibus in quas ego nunc mit-
to te aperire oculos eorum: ut
ut convertantur a tenebris ad
lucem. et de potestate sathane
ad deum: ut accipiant remis-
sionem peccatorum et sortem in-
ter sanctos. per fidem que est
in me. Unde rex agrippa
non fui incredulus celesti vi-
sioni: sed hys qui sunt da-
masci primum et iherosoli-
mis et per omnem regionem
iudee. et gentibus annunciabam
ut penitenciam agerent: et con-
verterentur ad deum digna pe-
nitencie opera facientes. Hac
ex causa me iudei cum essem in
templo comprehensum temptabant
volentes me interficere. Auxi-
lio autem adiutus dei usque in
hodiernum diem sto. testificans
minori atque maiori: nichil
extra dicens quam ea que prophe-
te sunt locuti futura esse et
moyses. Si passibilis christus.
si primus ex resurrectione
mortuorum: lumen annuncia-
turus est populo et gentibus. Hec
loquente eo et rationem red-
dente: festus magna voce

dixit. Insanis paule. Multe
te litere ad insaniam conuer
tunt. Et paulus. Non insanio
inquit optime feste: sed veri
tatis et sobrietatis verba e
loquor. Scit enim de hiis rex:
ad quem et constanter loquor.
Latere enim eum nichil horum ar
bitror: neque enim in angulo quicquam
horum gestum est. Credis rex a
grippa prophetis? Scio quia
credis. Agrippa autem ad pau
lum. In modico suades me
christianum fieri. Et paulus. Op
to apud deum et in modico
et in magno non tantum te.
sed et omnes hos qui audi
unt hodie fieri tales qualis et
ego sum: exceptis vinculis hiis.
Et exsurrexit rex et preses et
bernice: et qui assidebant eis.
Qui cum secessissent. loquebantur
ad inuicem dicentes: quia nichil
morte aut vinculis dignum quod
facit homo iste. Agrippa autem
festo dixit. Dimitti poterat homo hic:
si non appellasset
cesarem. Capitulum xxvii.
Ut autem iudicatum

est eum nauigare in ytaliam
et tradi paulum cum reliquis
custodiis centurioni nomine
iulio cohortis auguste: as
cendentes autem nauem adrume
tinam incipientes nauigare
circa asye loca sustulimus
perseuerante nobiscum aristar
cho macedone thessalonicen
se. Sequenti autem die deuenimus
sydonem. Humane autem trac
tans iulius paulum: permisit
ad amicos ire. et curam sui a
gere. Et inde cum sustulissemus
subnauigauimus cyprum: prop
terea quod essent venti contrarii.
Et pelagus cilicie et pamphi
lie nauigantes: venimus lystram.
que est lycie. Et ibi inueniens
centurio nauem alexandrinam
nauigantem in ytaliam tran
sposuit nos in eam. Et cum mul
tis diebus tarde nauigaremus.
et vix deuenissemus contra gni
dum prohibente nos vento: ad
nauigauimus crete iuxta sal
monem. Et vix iuxta naui
gantes venimus in locum quen
dam qui vocatur boni portus:

cui iuxta erat thalassa ciui-
tas. Multo autem tempore perac-
to et cum iam non esset tuta na-
vigatio eo quod ieiunium iam pre-
terisset: consolabatur eos pau-
lus dicens eis. Viri video quo-
niam cum iniuria et multo dam-
no non solum oneris et navis:
sed etiam animarum nostrarum in-
cipit esse navigatio. Centu-
rio autem gubernatori et nau-
clero magis credebat: quam
hiis que a paulo dicebantur.
Et cum aptus portus non es-
set ad hyemandum: plurimi
statuerunt consilium naviga-
re inde: si quo modo possent
devenientes phenicem hyema-
re. portum crete respicientem
ad africum et ad chorum. As-
pirante autem austro. estiman-
tes propositum se tenere: cum sus-
tulissent de asson. legebant
cretam. Non post multum autem
misit se contra ipsam ventus
typhonicus: qui vocatur eu-
ro aquilo. Cumque arrepta esset
navis et non posset conari
in ventum: data nave flatibus

ferebamur. Insulam autem quandam
decurrentes que vocatur cauda:
potuimus vix obtinere sca-
pham. Qua sublata adiu-
toriis utebantur. accingentes
navem: timentes ne in syrtim
inciderent: summisso vase sic fe-
rebantur. Valida autem nobis tem-
pestate iactatis. sequenti die
iactum fecerunt: et tercia die su-
is manibus armamenta na-
vis proiecerunt. Neque sole autem
neque syderibus apparentibus per
plures dies. et tempestate non
exigua imminente: iam ablata
erat spes omnis salutis nostre.
Et cum multa ieiunatio fu-
isset: tunc stans paulus in
medio eorum dixit. Oportebat
quidem o viri audito me non
tollere a creta: lucrique facere
iniuriam hanc et iacturam. Et
nunc suadeo vobis bono ani-
mo esse. Amissio enim nullius
anime erit ex vobis: preter quam
navis. Astitit enim michi hac
nocte angelus dei cuius sum e-
go et cui deservio. dicens. Ne
timeas paule: cesari te opor-

rem assistere. Et ecce donavit
tibi deus omnes qui navigant
tecum. Propter quod bono animo
estote viri. Credo enim deo meo:
quia sic erit quemadmodum
dictum est michi. In insulam au-
tem quandam oportet nos devenire.
Sed postea quam quartadecima
dies nox supervenit: navigan-
tibus nobis in adria circa me-
diam noctem suspicabantur nau-
te apparere sibi aliquam regi-
onem. Qui et summittentes bo-
lidem invenerunt passus vigin-
ti: et pusillum separati inde
invenerunt passus quindecim.
Timentes autem ne in aspera loca
incideremus: de puppi mitten-
tes anchoras quatuor. opta-
bant diem fieri. Nautis vero
querentibus fugere de navi. cum
misissent scapham in mare. sub
obtentu quasi inciperent a
prora anchoras extendere: dix-
it paulus centurioni et mili-
tibus. Nisi hii in navi manse-
rint. vos salvi fieri non po-
testis. Tunc absciderunt milites
funes scaphe: et passi sunt
eam excidere. Et cum lux incipe-
ret fieri: rogabat paulus
omnes sumere cibum dicens. Quar-
tadecima die hodie expectan-
tes ieiunii permanetis: nichil
accipientes. Propter quod rogo
vos accipere cibum pro salu-
te vestra: quia nullius vestrum
capillus de capite peribit. Et
cum hec dixisset: sumens panem
gracias egit deo in conspectu
omnium. Et cum fregisset: cepit
manducare. Animequiores
autem facti omnes: et ipsi assump-
serunt cibum. Eramus vero uni-
verse anime in navi ducente
septuaginta sex. Et saciati ci-
bo alleviabant navem: iactan-
tes triticum in mare. Cum autem
dies factus esset terram non ag-
noscebant: sinum vero quendam
considerabant habentem litus:
in quem cogitabant si possent
eicere navem. Et cum anchoras
sustulissent. committebant se ma-
ri: simul laxantes iuncturas
gubernaculorum. Et levato
arthemone: secundum aure fla-
tum tendebant ad litus. Et cum

incidissent in locum bithalassum impegerunt navem. Et prora quidem fixa manebat immobilis: puppis vero solvebatur a vi maris. Militum autem consilium fuit ut custodias occiderent: ne quis cum enatasset effugeret. Centurio autem volens servare paulum prohibuit fieri: iussitque eos qui possent natare mittere se in mare primos et evadere. et ad terram exire. Et ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea que de navi erant. Et sic factum est: ut omnes anime evaderent ad terram. Capitulum xxviii.

Et cum evasissemus: tunc cognovimus quia militene insula vocabatur. Barbari vero prestabant non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pira: reficiebant nos omnes. propter ymbrem que imminebat et frigus. Cum congregasset autem paulus sarmentorum aliquantam multitudinem et imposuisset super ignem: vipera a calore cum processisset: invasit manum eius. Ut vero viderunt barbari pendentem bestiam in manu eius: ad invicem dicebant. Utique homicida est homo hic. Qui cum evaserit de mari: ultio eum non sinit vivere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem: nichil mali passus est. At illi estimabant eum in tumorem convertendum: et subito casurum et mori. Diu autem illis sperantibus et videntibus nichil mali in eo fieri: convertentes se dicebant eum esse deum. In locis autem illis erant predia principis insule nomine publij: qui nos suscipiens triduo benigne necessaria exhibuit. Contigit autem patrem publij febribus et dissenteria vexatum iacere. Ad quem paulus intravit. Et cum orasset et imposuisset ei manus: salvavit eum. Quo facto: omnes qui in insula habebant infirmitates accedebant et curabantur. Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt:

et nauigantibus imposuerunt
que necessaria erant. Post men-
ses autem tres nauigauimus in
naui alexandrina que in in-
sula hyemauerat: cui erat
insigne castrorum. Et cum venis-
semus syracusam: mansimus
ibi triduo. Inde circumlegentes:
deuenimus regium. Et post unum
diem flante austro: secundo die
venimus puteolos. Ubi inuen-
tis fratribus rogati sumus manere a-
pud eos dies septem: et sic veni-
mus romam. Et inde cum au-
dissent fratres. occurrerunt nobis
usque appii forum: et tribus taber-
nis. Quos cum vidisset pau-
lus: gratias agens deo. acce-
pit fiduciam. Cum venissemus
autem romam: permissum est pau-
lo manere sibimet foras
extra castra cum custodiente
se milite. Post tercium autem
diem: conuocauit primos iu-
deorum. Cumque conuenissent: dice-
bat eis. Ego viri fratres nichil
aduersus plebem faciens aut
morem paternum: vinctus ab
iherosolimis traditus sum in
manus romanorum. Qui
cum interrogationem de me ha-
buissent: voluerunt me dimit-
tere. eo quod nulla causa mor-
tis esset in me. Contradicenti-
bus autem iudeis coactus sum
appellare cesarem: non quasi
gentem meam habens aliquid
accusare. Propter hanc igitur
causam rogaui vos videre et
alloqui. Propter spem enim israel:
catena hac circumdatus sum.
At illi dixerunt ad eum. Nos
neque litteras accepimus de te
a iudea: neque adueniens ali-
quis fratrum nunciauit aut
locutus est quid de te malum.
Rogamus autem a te audire que
sentis. Nam de secta hac notum est
nobis: quia ubique ei contra-
dicitur. Cum constituissent autem illi
diem: venerunt ad eum in hos-
picium plures. Quibus expone-
bat testificans regnum dei:
suadensque eis de ihesu ex lege
moysi et prophetis a mane
usque ad vesperam. Et quidam
credebant hiis que dicebantur:
quidam vero non credebant. Cumque

inuicē nō essent cōsentientes.
discedebāt: dicēte paulo v
nū verbū. quia bene sp̄us
sc̄s locutus est per ysaiā
p̄phetā ad patres vr̄os di
cens. Vade ad p̄p̄lm istū: et
dic ad eos. Aure audietis et
nō intelligetis: et videntes vi
debitis et nō p̄spicietis. In
crassatū est eni cor p̄p̄li hui⁹:
et auribꝫ grauiter audierūt:
et oculos suos cōpresserunt:
ne forte videāt oculis et au
ribꝫ audiāt. et corde intelli
gāt. et cōuertantur et sanē il
los. Notū ergo sit vobis q̄
niā gentibꝫ missū est hoc
salutare dei: ipi et audiēt.
Et cū hec dixisset: exierunt
iudei multā habētes inter
se questionē. Mansit autē
biennio toto in suo cōduc
to: et suscipiebat omnes q̄
ingrediebantur ad eū. p̄di
cans regnū dei: et docens q̄
sunt de dn̄o ihū xp̄o cū omi
fiducia sine p̄hibitione.
Explicit actus aplōr. Inci
pit plogus sc̄i iheronimi p̄s
biteri in septē ep̄las canonicas.

Non ita or
do est apud
grecos qui
integre sa
piunt. et fidē
rectā sectantur epistolarū sep
tē que canonice nūcupātur.
sicut in latinis codicibꝫ in
uenitur: q̄d quia petrus est
primus in numero aplōrum:
prime sunt etiā eius epistole
in ordine ceterarū. Sed sic
ut euāgelistas dudū ad ve
ritatis lineā correximus: ita
has p̄prio ordini deo nos
iuuante reddidimus. Est enī
prima earū vna iacobi:
petri due. iohānis tres: et
iude vna. Que si ut ab eis
digeste sūt ita quoqꝫ ab in
terpretibꝫ fideliter in latinū
eloquiū verterentur. nec ambi
guitatē legentibꝫ facerent.
nec sermonū sese varietas
īpugnaret: illo p̄cipue lo
co ubi de vnitate trinitatis
in prima iohānis epistola
posita legimus: in qua etiā

ab infidelibz trāslatoribz mul
tū erratū esse a fidei veritate
cōperimus. trium tātūmodo vo
bula hoc ē aq̄ sāguis et sp̄s
in ipa sua editiōe ponētibz.
et p̄ris v̄bi ac sp̄us testiō
niū omittētibz: ī quo maxī
me et fides catholica robōa
tur: et p̄ris et filij et sp̄s sc̄i
vna d̄iuitatis cōstātia cō
pbat̄. In ceteris vero eplis quā
tū a nr̄a aliorū distet editio:
lectoris prudētie derelinquo. Sed
tu virgo xp̄i eustochiū dū a
me ip̄ensius scripture veritatē
īquiris. meā q̄dāmodo sene
tutē īuidorū dētibz corrodēdā
exponis. q̄ me falsariū corrup
toreq̄z sacrarū p̄nūciāt scripturarū.
Sz ego ī tali ope nec emulorū



meorū īuidē
tiā p̄timesco. nec
sc̄e scripture ve
ritatē poscētibz
denegabo. Ex
plicit plog⁹
Incip̄ epl̄a
s. iacobi ap̄.
Iacobus dei

et dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i seruus:
duodecī tribubz que sūt in
dispsione salutē. Omne gau
diū existimate fr̄es mei cū
in tēptationes varias inci
deritis: scientes qd̄ pbatio
fidei vr̄e patientiā operat̄.
Paciencia autē opus pfec
tū habeat: ut sitis pfecti
et integri. in nullo deficien
tes. Si quis autē vr̄m indi
get sapiētia: postulet a de
o qui dat omnibz affluēter.
et nō improperat: et dabit̄ ei.
Postulet autē in fide: nichil
hesitans. Qui eīn hesitat:
similis est fluctui maris.
qui a vento mouet̄ et circū
fertur. Nō ergo estimet homo
ille qd̄ accipiat aliquid a
dn̄o. Vir duplex animo: in
cōstans est in omnibz viis
suis. Glorietur autē frater hu
milis in exaltatione sua: di
ues autē in humilitate sua:
qm̄ sicut flos feni trāsibit.
Exort [faded] tu sol cū ardore et
arefecit fenū: et flos ei⁹ decidit
et decor vultus eius deperiit:

ita et dives in itineribus suis
marcescet. Beatus vir qui suf
fert temptationem: quia cum proba
tus fuerit accipiet coronam vi
te: quam repromisit deus di
ligentibus se. Nemo cum tempta
tur dicat: quia a deo temptor.
Deus enim intemptator malo
rum est. Ipse enim neminem temp
tat. Unusquisque vero tempta
tur a concupiscentia sua ab
stractus et illectus. Deinde
concupiscentia cum conceperit:
parit peccatum. Peccatum vero
cum consummatum fuerit: generat
mortem. Nolite itaque errare
fratres mei dilectissimi. Omne
datum optimum et omne donum
perfectum desursum est descendens
a patre luminum: apud quem
non est transmutatio nec vi
cissitudinis obumbratio. Vo
luntarie enim genuit nos ver
bo veritatis: ut simus inicium
aliquod creature eius. Sci
tis fratres mei dilectissimi. Sit
autem omnis homo velox ad
audiendum: tardus autem ad loquen
dum: et tardus ad iram. Ira

enim viri iusticiam dei non ope
ratur. Propter quod abicientes
omnem immundiciam et habun
danciam malicie. in mansuetu
dine suscipite insitum verbum:
quod potest salvare animas
vestras. Estote autem factores ver
bi et non auditores tantum.
fallentes vosmetipsos: quia
si quis auditor est verbi et
non factor: hic comparabitur vi
ro consideranti vultum nativi
tatis sue in speculo. Conside
ravit enim se et abiit: et stati
oblitus est qualis fuerit. Qui
autem perspexerit in lege perfecte
libertatis et permanserit in ea
non auditor obliviosus fac
tus sed factor operis: hic beatus
in facto suo erit. Si quis autem
putat se religiosum esse. non
refrenans linguam suam. sed se
ducens cor suum: huius vana
est religio. Religio munda et
immaculata apud deum et pa
trem hec est: visitare pupillos
et viduas in tribulatione
eorum. et immaculatum se custo
dire ab hoc seculo. Cap. ii.

Fratres mei nolite
in personarum accep
tione habere fidem
domini nostri ihesu christi glorie. Eten
im si introierit in conventum
vestrum vir aureum anulum habens
in veste candida. introierit
autem et pauper in sordido ha
bitu. et intendatis in eum qui
indutus est veste preclara. et
dixeritis ei tu sede hic bene.
pauperi autem dicatis tu illic
sta. aut sede sub scabello pe
dum meorum: nonne iudicatis
apud vosmetipsos. et facti
estis iudices cogitationum in
iquarum. Audite fratres mei di
lectissimi. Nonne deus elegit
pauperes in hoc mundo. di
uites in fide: et heredes regni
quod repromisit diligentibus
se. Vos autem exhonorastis
pauperem. Nonne divites per
potentiam opprimunt vos. et
ipsi trahunt vos ad iudicia.
Nonne ipsi blasphemant bonum
nomen quod invocatum est super
vos. Si tamen legem perficitis
regalem secundum scripturas. dili

ges proximum tuum sicut teipsum:
bene facitis. Si autem personas
accipitis: peccatum operamini. re
darguti a lege quasi transgres
sores. Quicumque autem totam legem
servaverit. offendat autem in
uno: factus est omnium reus. Qui
enim dixit non mechaberis. dix
it et non occides. Quod si non me
chaberis. occides autem: factus
es transgressor legis. Sic loqui
mini et sic facite: sicut per legem
libertatis incipientes iudica
ri. Iudicium enim sine misericordia.
illi qui non facit misericordi
am. Superexaltat autem mise
ricordia iudicio. Quid pro
derit fratres mei si fidem quis dicat
se habere: opera autem non ha
beat. Numquid poterit fides
salvare eum. Si autem frater
aut soror nudi sint et indi
geant victu cotidiano. dicat
autem aliquis de vobis illis. ite
in pace. calefacimini et saturami
ni. non dederitis autem eis que
necessaria sunt corpori: quid
proderit. Sic et fides si non ha
beat opera: mortua est in

semetipsa. Sed dicet quis.
Tu fidem habes: et ego opera
habeo. Ostende michi fidem
tuam sine operibus: et ego osten
dam tibi ex operibus fidem meam.
Tu credis quoniam unus est deus:
benefacis. Et demones cre
dunt: et contremiscunt. Uis autem
scire o homo inanis. quoniam fi
des sine operibus ociosa est?
Abraham pater noster nonne
ex operibus iustificatus est.
offerens ysaac filium suum su
per altare? Vides quoniam fides
cooperabatur operibus illius:
et ex operibus fides consumma
ta est. Et suppleta est scrip
tura dicens. Credidit abra
ham deo: et reputatum est illi
ad iusticiam: et amicus dei
appellatus est. Videtis quoniam
ex operibus iustificatur homo:
et non ex fide tantum? Simili
ter autem et raab meretrix nonne
ex operibus iustificata est.
suscipiens nuncios et alia
via eiciens? Sicut enim corpus
sine spiritu mortuum est: ita
et fides sine operibus mortua est.

Nolite Capitulum iii.
plures magistri
fieri fratres mei: scien
tes quoniam maius iudicium su
mitis. In multis enim offen
dimus omnes. Si quis in ver
bo non offendit: hic perfectus
est vir. Potest etiam freno cir
cumducere totum corpus. Si
autem equis frenos in ora
mittimus ad consentiendum no
bis: et omne corpus illorum
circumferimus. Et ecce naves cum
magne sint: et a ventis vali
dis minentur: circumferuntur
autem a modico gubernaculo.
ubi impetus dirigentis vo
luerit. Ita et lingua modi
cum quidem membrum est: et mag
na exaltat. Ecce quantus ignis
quam magnam siluam incendit?
Et lingua ignis est: univer
sitas iniquitatis. Lingua
constituitur in membris nostris que
maculat totum corpus: et
inflammat rotam nativitatis
nostre inflammata a gehenna.
Omnis enim natura bestiarum
et volucrum et serpentium etiam

ceterorum domantur: et domi-
ta sunt a natura humana.
Linguam autem nullus hominum
domare potest. Inquietum
malum: et plena veneno mor-
tifero. In ipsa benedicimus deum
et patrem: et in ipsa maledici-
mus homines qui ad simili-
tudinem dei facti sunt. Ex ipso
ore procedit benedictio et ma-
ledictio. Non oportet fratres mei
hec ita fieri. Numquid fons
de eodem foramine emanat dul-
cem et amaram aquam? Numquid
potest fratres mei ficus uvas
facere: aut vitis ficus? Sic
neque salsa dulcem potest facere
aquam. Quis sapiens et disci-
plinatus inter vos: ostendat
ex bona conversatione opera-
tionem suam in mansuetudine
sapientie. Quod si zelum amarum
habetis et contentiones sint
in cordibus vestris nolite glo-
riari. et mendaces esse adversus
veritatem. Non est enim ista sa-
pientia desursum descendens:
sed terrena animalis dyabo-
lica. Ubi enim zelus et conten-
tio: ibi inconstantia et omne
opus pravum. Que autem desur-
sum est sapientia. primum quidem
pudica est: deinde pacifica.
modesta. suadibilis. bonis
consentiens. plena misericordia et
fructibus bonis non iudicans.
sine simulatione. Fructus autem
iustitie in pace seminatur facien-
tibus pacem. Capitulum IIII.

Unde bella et lites
in vobis? Nonne
ex concupiscentiis vestris
que militant in membris vestris?
Concupiscitis et non habetis:
occiditis et zelatis: et non po-
testis adipisci. Litigatis et
belligeratis: et non habetis.
propter quod non postulatis.
Petitis et non accipitis. eo quod
male petatis: ut in concupis-
centiis vestris insumatis. Ad-
ulteri: nescitis quia amicitia
huius mundi inimica est dei?
Quicumque ergo voluerit ami-
cus esse seculi huius: inimi-
cus dei constituitur. An puta-
tis quia inaniter scriptura
dicat: ad invidiam concupis-

cat spiritus qui habitat in vo
bis? Maiorem autem dat grati
am: propter quod dicit. Deus
superbis resistit: humilibus autem
dat gratiam. Subditi igitur
estote deo: resistite autem dya
bolo. et fugiet a vobis. Ap
propinquate domino: et appropin
quabit vobis. Emundate
manus peccatores: et purifica
te corda duplices animo. Mi
seri estote: et lugete. Risus
vester in luctum convertatur: et
gaudium in merorem. Humilia
mini in conspectu domini: et exal
tabit vos. Nolite detrahere
alterutrum fratres. Qui detrahit
fratri aut qui iudicat fra
trem suum: detrahit legi et iu
dicat legem. Si autem iudicas
legem: non es factor legis. sed
iudex. Unus est enim legisla
tor et iudex: qui potest perdere
et liberare. Tu autem quis es
qui iudicas proximum tuum?
Ecce nunc qui dicitis. hodie
aut crastino ibimus in il
lam civitatem. et faciemus quidem
ibi annum. et mercabimur
et lucrum faciemus: qui ig
noratis quid sit in crasti
num. Que est enim vita vestra?
Vapor est ad modicum pa
rens. et deinceps exterminabi
tur: pro eo ut dicatis. Si
dominus voluerit et si vixerimus:
faciemus hoc aut illud.
Nunc autem exultatis in su
perbiis vestris. Omnis exultatio
talis maligna est. Scienti
igitur bonum facere et non fa
cienti: peccatum est illi. Capitulum v.

Agite nunc divites:
plorate ululantes
in miseriis vestris que
advenient vobis. Divitie
vestre putrefacte sunt: et vesti
menta vestra a tineis comesta
sunt. Aurum et argentum vestrum
eruginavit: et erugo eorum
in testimonium vobis erit: et
manducabit carnes vestras
sicut ignis. Thesaurizastis
vobis iram in novissimis di
ebus. Ecce merces operariorum
qui messuerunt regiones ves
tras que fraudata est a vobis
clamat: et clamor eorum in

aures dni sabaoth introiit.
Epulati estis sup terra: et
in luxuriis enutristis corda
vra. In die occisionis addux
istis: occidistis iustu et no
resistit vobis. Patientes igit
estote fres usq ad adventu
dni. Ecce agricola expectat
pciosu fructu terre: patienter
ferens donec accipiat tempora
neu et serotinu. Patientes es
tote vos. et confortate corda
vra: qm adventus dni ap
propinquabit. Nolite ingemi
scere fres in alterutru ut no
iudicemini. Ecce iudex ante ia
nua assistit. Exemplu acci
pite fres laboris et patientie
pphetas: qui locuti sut in
nomine dni. Ecce beatificamus
eos qui sustinuerut. Suffe
rentia iob audistis et fine
dni vidistis: qm misericors
est dns et miserator. Ante
omnia aut fres mei nolite
iurare: neq per celu neq p
terra: neq aliud qdcuq
iuramentu. Sit aut sermo
vester est est no non: ut no
sub iudicio decidatis. Tristatur
aliquis vrm: oret equo ani
mo et psallat. Infirmatur
aliquis ex vobis: inducat
presbiteros ecclesie et orent sup
